



**De fine seculi et iudicio uenturo Domini nostri Jesu Christi,  
deq[ue] periculis nostri huius seculi corruptissimi  
grauissimis, & qua ratione fiant innoxia pijs, Orationes duæ,  
Habitæ in cœtu cleri,**

<https://hdl.handle.net/1874/420875>

De fine seculi & iudicio uenturo Domi-

NI NOSTRI IESV CHRISTI, deq; periculis nostri huius seculi corruptissimii grauissimis, & qua ratione fiant innoxia pijs, Orationes duæ,

Habitæ in coetu cleri, per HENRY-  
chum Bullingerum.

*Explicantur in his uerba Saluatoris Matth. 24. de fine seculi & iudicio extremo: uerba item Danielis 7. de regno Papæ turbulentissimo, ac fine eius: deniq; Apostoli uerba 2. Timoth. 3. de extremi seculi periculis, & de Scripturæ sanctæ præstantia & plenitudine.*

I E S V S:

Hic est filius meus dilectus, in quo placata est  
anima mea: ipsum audite.  
Matth. 17.

B A S I L E A E,

1557.

De fine seculi & in

dicio ueneris Domine

in die illa

et in die illa

et in die illa

et in die illa

et in die illa

et in die illa

et in die illa

et in die illa

et in die illa

et in die illa

et in die illa

et in die illa

et in die illa

et in die illa

et in die illa

et in die illa

et in die illa

et in die illa

et in die illa

et in die illa

et in die illa

et in die illa

et in die illa

et in die illa

et in die illa

et in die illa

DE FINĒ SECVLI  
ET IVDICIO VENTU-

RO DOMINI NOSTRI

*IESV CHRISTI, deq̄ periculis  
nostri huius seculi corruptis-  
simi grauissimis,*

HEINRYCHI BVLLIN-  
geri Oratio Prima.



ES ipsa poscit,  
exempla docēt  
Prophetica, nec  
non & Aposto-  
lica, sermones  
omnes ecclesia-  
sticos (doctri-  
nas inquam, ad-  
monitiones, increpationes, exhorta-  
tiones, consilia & consolationes) pro  
ratione tēporis esse formādos: deniq̄  
omnes ecclesiasticas actiones, ad ædi-  
ficationē esse referendas. Quòd si no-

a 4 bis

4 HENR. BVLLINGERI  
bis iam quoq; agendum & dicendum est  
pro presentis temporis ratione, & pro  
utilitate omnium nostrum, qui fere  
ecclesiarum ministri sumus, & eam  
potissimum ob causam huc confluxi-  
mus, ut aliquid, quod in primis scire  
referat, de nostro officio audiamus:  
non opportunius, non utilius aliud, &  
necessarium magis se nobis offert argu-  
mentum, quam admonendi uestram  
pietatem (uiri patres & fratres hono-  
randi, iidemq; dilectissimi) de fine se-  
culi, & iudicio ueturo Domini nostri  
IESV CHRISTI: quodq; in primis  
nostri sit muneris, sedulo & constanti  
Christi populū nostrę fidei concredi-  
tum, excitare ad sobriam uigiliam, ne  
securum & derepentē opprimat dies  
illa Domini, quę haud dubiē procul  
abesse non potest: quam maiores no-  
stri, doctores ecclesiastici, ante mille  
aut nongentos annos, pre foribus esse  
putarunt. Quāto iustius uerō nos, in  
quos ipsi seculorum fines inciderunt,  
& qui

Proposi-  
tio.

& qui plurimas interea prophetias de fine seculi & rebus proximè antecessuris iudicium editas, manifestissimè uidimus adimpletas, eleuabimus capita nostra, sciētes iam nūc appropinquare redemptionem nostram? Dominus IESVS CHRISTVS adhuc placidus in dextera Dei fidelium pontifex, aliquando autem seuerissimus, sed iustissimus interim, totius orbis terrarū iudex futurus, conferat facultatem opportunè quidem dicendi mihi, uobis autem audiendi ubere cum fructu, ad gloriam nominis sui, & Ecclesiæ suæ ædificationem.

Et quoniā beatus Petrus apostolus, primarius huius Ecclesiæ doctor, & fidelissimus CHRISTI IESU Domini nostri discipulus, Si quis loquitur (inquit) loquatur ut oracula Dei: religiose conabor omnia huius negotij, uerbis Christi Domini, deinde prophetarum & apostolorum eius sententijs demōstrare, & quāta possum per-

spicuitate illustrare. Etenim beati prophetæ, in quibus erat spiritus Christi, Daniel in primis, & Zacharias ( ut Esaiam & Ezechielem non commemorem ) de extremis seculi temporibus, & de Christi Domini iudicio futuro, diligentissimè simul & copiosissimè ecclesiam Dei suis erudierunt oraculis. Christus uerò Dominus, lux & impletio legis ac prophetarum, de his adeò prolixè ac dilucidè disseruit, ut si quis adhuc clariorem desideret expositionè, uideatur omnino à sole, alioqui illustrissimo, illustrius petere lumen. Rogatus hic à discipulis suis, in monte Oliuarum, ac in conspectu urbis Hierosolymorum celeberrimæ, quod' nam signum aduentus sui & cōsummationis seculi? respondit: Urbē Hierosolymorū sanctam ante omnia capiendam, soloq; æquandam: ipsum uerò populum Iudaicum ducēdum in omnes gētes captiuum: interim etiā

Matth. 24. Euangelium regni recipiēdum à gentibus

*Vaticiniū  
Christi de  
fine mūdi,  
& extre-  
mis seculi  
moribus.*

tibus in toto mundo, inde uētu-  
ros in orbem pseudoprophetas, qui falsa do-  
ctrina & cōfictis miraculis seducturi  
sint orbem terrarū: idēq; tanta proba-  
bilitate, felicitateq; ut ipsis etiā electis  
Dei sint facturi negotiū. Inter alia cō-  
memorat pseudodoctores & pseudo-  
christos, atq; ad eōs antichristos illos, i-  
psum uerum Christum Dei æterni fi-  
lium deserturos, neq; sincerē hunc fi-  
delibus ad dexteram patris ostensu-  
ros: sed in terris, in deserto, in locis di-  
uersis, atq; ad eōs etiam ἐν τοῖς ταμείοις,  
id est in claustris uel scrinijs, in pene-  
tralibus, uel ciborijs. Etenim Græci τα-  
μεία appellant loca thesaurorum ab-  
strusa & munita, deniq; penetralia do-  
mus, ipsumq; penu uel promptuariū.  
Ac pontificij, ædiculas sacramētarias  
feris & repagulis diligentissimē mu-  
nitas, appellitant ciboria, unde ueluti  
ē penu proferunt uiaticum, quod uo-  
cant. Dominus autē noster in Euā-  
gelio magna uoce, Nolite (inquit) cre-



8 HENR. BVLLINGERI  
dere, nolite exire, nolite credere. Ecce  
prædixi uobis. Addit mox, exori-  
turas persequutiones cōtra pietatem  
graues: dicit miram rerum perturba-  
tionem futuram, signa quoque in sole  
& luna stellisq; apparitura. Et mor-  
taliū quidem alios anxietate per de-  
sperationē torquendos: alios uerò ni-  
mia & supina quadam securitate disso-  
lutos, ultima illa die adobruēdos. Ta-  
le enim omnino seculum sub finē mū-  
di futurum, quale fuerit ante diluuiū,  
& temporibus Loth, Gigantibus &  
Sodomitis securè in fæce scelerū ster-  
tentibus, omnemq; bonā Dei admo-  
nitionem, per pios factam patres, a-  
spernātibus: quos etiam inopinatum  
oppresserit exitium. De impia illa  
securitate loquutus etiam apostolus  
*1. Theff. 5.* Christi Paulus: De tēporib. (inquit)  
& quo temporis articulo uenturus sit  
Dominus ad iudicādum, nō opus est  
ut scribā uobis, fratres. ipsi enim pla-  
nè scitis, quòd dies illa Domini, ut fur  
in no-

ORATIO PRIMA. 9

in nocte, ita uenturus sit. Cū enim dixerint, pax & securitas, tunc repentinus eis imminet interitus: sicuti dolor partus, mulieri pregnāti: nec effugiēt. Prosequitur autem suam in Euāgelio uaticinam expositionē Dominus, & adiungit: Abundabit iniquitas, refrigeretq; charitas multorum: adeo ut, cum filius hominis uenturus est, uix reperturus sit fidem in terra. De im LUC. 19.  
 pietate enim postremi huius seculi extrema, etiam beatus Petrus uaticinās: Excito mentes uestras, ait, ut memo- 2. Pet. 3.  
 res sitis uerborum quæ prædicta sunt à sanctis prophetis: & mādati nostri, qui sumus apostoli Domini & seruatoris: illud primū scientes, uētu-  
 ros in extremis diebus illufores, qui iuxta proprias concupiscentias ambulent,  
 & dicant: Vbi est promissio, aut aduētus eius? Ex quò enim patres dormierunt, omnia sic perseverant ab initio, sicuti condita sunt. His uerò omni-  
 bus addit in Euangelio Dominus, se

derepentè & inopinatū in gloria uenturum, ad iudicandum uiuos & mortuos: & pijs quidē daturū præmia uitæ, impios uerò traditurū ignib. gehēnæ sempiternis. Sicut enim fulgur, inquit, exit ab oriēte, & relucet usq; in occidentē: ita erit aduentus filij hominis. Cauete ergo uobis, ne quādo grauetur corda uestra crapula & ebrietas, & curis huius uitæ, subitōq; ingruat uobis dies illa. Etenim laquei instar superueniet omnib. inhabitantib. terrā. Vigilare itaq; omni tēpore precātes, ut digni habeamini, qui effugiatis hæc omnia quę futura sunt, & stare ante filium hominis. Certē instat & urget hoc loco Dominus, ut nullo alio acrius, omnis & sexus & ætatis homines adhortans ad sobriā uigiliā. Apud S. Marcum, Vigilare (inquit) nescitis enim quādo Dominus uester uēturus sit, uesperī an medio noctis, an in gallinīo, an in diluculo: ne si uenerit repētē, offendat uos dormiētes. Apud Matthæum

Marc. 13.

Matthæum plurimas profert parabolas, quo hæc rem animis omniū infigat altius. Producit enim patrēfamiliās uigilantē, ne fur nocturnus, & des eius irumpēs, facultates ipsius deprædetur. Producit fidelem & prudētē seruū, suppeditantē famulitio sibi cōmissō cibū in tēpore suo. Opponit huic seruū nequā, turpiter profundētē domini sui facultates: insuper iniurium ualde in conseruos suos, temulentū præterea, nec uigilantem, nec tantillum domini sui aduentum curantem, quem ille deprehensum in scelere, ceu proditorem, consciderit in frustra. Producit decem uirgines, quarum quinque fuerint sobriæ & prudentes: quinque uerò fatuæ & socordes, ac ea de causa exclusæ à gaudijs nuptialib. Producit præterea nobilem quendam patremfamiliās, peregrè proficiscentem, prius tamen facultates suas per talentorum distributionem, ad negociationem lucrosam deponentem: ac malæ frugis

12 HENR. BVLLINGERI  
gis seruum, malignum & socordem,  
sempiternis constringentem uinculis.

Singulis autem parabolis subiungit  
memorabilem, & imis reponendam  
sensib. sententiam: Vigilate itaq; quia  
nescitis neq; diem neq; horam, in qua  
filius hominis ueniet.

*Vrgēda &  
inculcanda  
est hæc Do-  
mini do-  
ctrina.*

Quis uerò dixerit porrò, hanc Do-  
mini & seruatoris nostri doctrinā de  
ultimo seculo & iudicio futuro impli-  
catam esse, aut obscuram? Luce meri-  
diana clarior est, sapere quidem uolē-  
tibus. Cæcis semper & omnia tene-  
bræ, utpote qui sua sibi sponte Cime-  
rias asciscunt tenebras. Debet autem  
hæc Domini nostri diligēs cura & so-  
licitudo, salutare item exemplū, om-  
nes nos eius seruos excitare ad simile  
pietatis studium, ut & nos summa fi-  
de & diligentia, uniuersum propè se-  
culum nostrum ueterno sopitum gra-  
ui, excitemus, concutiamus, & acriter  
instādo urgeamus: uigilet, oret, Salua-  
toris doctrinam expendat: deniq; ea  
quæ

quæ facta sunt olim, & hodie quoque  
 fiūt, obseruet. Vidimus certè ea quæ  
 prædicta sunt à Domino, reb. ipsis, cō-  
 tinuò que & longo temporis successu  
 esse adimpleta, & impleri quotidie.  
 Vrbs enim sancta, graui gentium ob-  
 sidione fatigata, tādē capta, direpta,  
 inflammata, & funditū est excisa: uix  
 relictis pauculis uestigijs, Iudæi uerò,  
 qui fame, peste ac gladio non sunt su-  
 blati, à Romanis capti, & per totū ter-  
 rarum orbem in omnes gentes sunt di-  
 spersi: sed & Euāgelium regni, inuitis  
 Iudæis & gētibus, atque adeò ipsis in-  
 ferorum portis, per totum mundum  
 est receptum. Vidimus deinceps, ex  
 ipsa Tartari abyſſo erupisse ingentia  
 pseudoprophetarū agmina, locustas  
 illas fatales, quæ totam Christi Eccle-  
 siam corruptissimo & nouo prorsus  
 docendi genere perturbarunt, discide-  
 runt, seduxerunt, adde & infandis re-  
 pleuerunt calamitatibus. Hæc si non-  
 dum uidetis, obsecro paulò attentius  
 quæ

u. 13. et  
 u. 14. et  
 Collatione  
 illustratur  
 uaticinium  
 Christi.

Apoc. 9.

Doctrina  
simplicitas  
est corru-  
pta.

quæ dicā cōsiderate. Doctrinæ ueteris  
& apostolicæ simplicitas & integritas,  
fatali illo tempore prorsus est corru-  
pta. Vilis admodum, & parum magi-  
stralis, parumq; Catholica uidebatur,  
& adhuc cēsetur his doctorib. doctri-  
na, quæ è sacrosancto petita Euāgelio,  
& simplicissimè ad Apostolicum exē-  
plū hominib. proposita tradit, solius  
DEI gratia, per fidem in Christū, iusti-  
ficari credentes, uel, per mortem filij  
Dei homines peccatores à damnatio-  
ne absolui, remitti eis peccata, dona-  
riq; uita æterna: quæ quidem beneficia  
sola fide recipiant, fidemq; ueram bo-  
nis operibus exprimāt atq; testentur.  
Ita non satis expensum & planum ui-  
debitur illis, si dicas: Solius Christi re-  
gulam, absolutissimam esse rectè cre-  
dendi, benèq; uiuendi regulam: item,  
solum Christum p̄ns sufficere: & hūc  
solum manere caput, regem & ponti-  
ficem suæ Ecclesiæ, cui sit præsens, &  
quam optimè regat spiritu & uirtute,  
usq;

usq; ad consummationem sæculi: Ecclesiam illi soli adhiærere, hunc colere spiritu & ueritate: adorare uerò non in elementis, aut rebus corruptibilibus, sed in gloria, ac ad dexteram Dei patris. Si ita credas, ac ita simpliciter fidem tuam confitearis, parum catholicus, inuò de hæresi suspectus, quinimò & hæreticus habeberris. Illis enim adde re necesse est, Christum quidem iustificare nos, sed non gratis: accedere enim merita nostra, ac ita perfici salutē nostrā. Ideoq; modis omnib. hanc propositionem, Per fidē in Christum scilam, nō per opera legis iustificati peccatores, ut hereticā oppugnāt & infectūtur. Præterea magis catholicè loqui, & sermonē ita formare docent: remitti itē hominib. peccata per Christū, sed nō sine clauē cōcessa sacerdotū, quæ adhibeatur in cōfessionib. legitimè: remitti itē peccata hominib. quoad culpā, nō quoad poenā; hanc minui aut tolli satisfactionib.

aut



16 HENR. BVLLINGERI  
aut pontificijs indulgentijs: ac serua-  
ri quidem credentes, sed probè exco-  
ctis purgatisq; antea animabus eorū  
igni & aqua lustrali. Addunt, Euan-  
gelium IESV CHRISTI esse quidem  
regulam rectè credendi, & bene uiuē-  
di, sed non usque quaque perfectam.  
Defectum autem eius sarciri tradi-  
tionibus uiuis, & Conciliorum pa-  
trumq; statutis. Probatissimas autē  
& perfectissimas esse monachorū re-  
gulas: utpote qui i uersentur in statu  
perfectionis, scilicet. Esse quidē Chri-  
stum caput in coelis supremū; sed eun-  
dem, Ecclesiae suae caput in terris sibi  
substituisse Romanum pontificem, cū  
plenitudine potestatis: adeo ut qui  
hoc caput non agnoscat, ne Christum  
quidem in coelis habeat. Esse enim o-  
mnino de necessitate salutis, Romano  
subesse pontifici. Ita fatentur, esse sanē  
Christum in coelis a patre, fide-  
lium intercessorem & patronū: mox  
tamen adijciunt, Sed non solus est pa-  
tronus.

tronus. hoc ipsum enim datum est & cœlitum diuûm meritis, ut sui quoq; interuentu propitium reddant peccatoribus, nomina diuorum inuocantibus, Dominum. Sic cōcedunt, colendum esse Christum spiritu & ueritate: sed contendunt interim, eundem nihilominus uenerandum auro, argento, & rebus quibusq; preciosis, ornati templorum offerendis atq; dedicandis. Sic aiunt, adorare quidem credentes Christum ad dexteram patris in gloria: sed eundem nihilominus etiam adorari oportere sub specie panis in larario, uel aris, delubris & scrinio: cum uirtute Dei & uerborum cōsecrationis, substātia panis & uini conuersa, imò transubstantiata sit in substantiā corporis & sanguinis Christi, ne hilum quidem substātię panis & uini remanente, solisq; duntaxat accidētibus, apparentibus. Hic hic ergo in terris, & sub elemētis adorandū esse Christum, ex traditione Innocentię & Honorij

Iohn. 4.

Dan. 11.

Act. 17.

audiam

b

norij

norij & Urbani asseuerant, eundemq̃  
 ostendunt, ceu digito, in terris hic &  
 illic: ostendunt deniq̃ eundem in de-  
 serto in suis solitudinibus, in passa-  
 gijs, & in suis illis cœnobijs. Quinimò  
 ne obscura sit Domini nostri IESV  
 CHRISTI admonitio, dicētis in Euan-  
 gelio: Dicent uobis, ecce hic Christus,  
 ecce illic, ecce in deserto est, ecce in scri-  
 nijs aut penetralibus est: supra the-  
 cam aut ædiculam, quam uocant sacra-  
 mentariā, aureis, & quidem maiuscu-  
 lis inscribunt literis: HIC DEVM  
 ADORA. Si aperiant alicubi extra  
 Romam, peregrinationem Romanam  
 (ein Romfart) id est, sicubi promer-  
 cales uennum exponāt indulgentias il-  
 las suas, in frontispicio lucorum, facel-  
 lorum, arcarum & officinarum indul-  
 gentiarum maiusculis & aureis rursus  
 literis ascribunt: HIC EST PLENA-  
 RIA REMISSIO OMNIUM PEC-  
 CATORVM. Et hæc quidem cognita  
 sunt omnibus in orbe Christiano ho-  
 minibus.

minibus. Sed quid his adiicit Christus Dominus? Ne exiueritis, ne credideritis, ecce prædixi uobis. Porro audiui-  
mus & uidimus mille in locis, & amplius, stupēda etiā miracula ad statuas mutas, & ad panem deificatū, esse edita: omnia in hūc finē destinata, ut noua ista & magistraliā dogmata de panis trāssubstātiatione, de cultu simulacro-  
rū, de inuocandis diuis, & diuorū meritis redimēdis cōmendentē fidelibus.

Istis uerò qui non crediderit, uel le-  
uiter cōtradixerit, protinus rapitur ad *Persequu-  
tio ecclesiæ  
Christi.*  
carcerē, mortisq; supplicium. Didici-  
mus ex historijs, nullam unquā in po-  
pulum Dei commotam esse persecu-  
tionem grauiorem, diuturniorem de-  
niq; & atrociolem, quā hanc Anti-  
christi extremā. Aegyptia populi Dei  
afflictio non extenditur ultra ducen-  
tos annos. quadringentos quidem an-  
nos scribuntur fuisse in Aegypto, aut  
peregrinatione sua: sed uniuersum hoc  
tempus nō tribuit̄ persecutioni Israe

litarū. Persecutiones uerò quas susti-  
nuerūt sub iudicib. & regib. breues ad  
modū fuerunt. Babylonica captiuitas  
absoluebat̄ 70 annorū curriculo. An-  
tiochica quoq̄, uel Græca afflictio, suis  
cōtinebatur terminis. Porro persecu-  
tiones primitiuæ ecclesiæ decē, exten-  
dunt̄ per annos trecētos, ad imperiū  
usq̄ Cōstantini Magni: & habent inte-  
rim sua interualla, & suas respiratiōes,  
tranquillioraq̄ tēpora. Cæterum ab  
eo tempore quo Pont. Romanus re-  
gnū Christi inuasit, & sibi dominium  
in ecclesia usurpare, postremo & pleni-  
tudinem potestatis sibi uendicare cœ-  
pit, nulla fuit per annos septuaginta &  
amplius, requies: nullæ, aut breues ad-  
modum, fuerunt induciæ: sed iuges in-  
sidiæ, perpetuæ practicæ, tormentaq̄  
ueluti sempiterna. Scripta est sangui-  
ne fidelium atrox inquisitio: id est, plus  
quàm Diocletianica ratio inquirendi  
in fideles, qualem non ulla uiderunt se-  
cula à mundi exordio, immixta est &

excōmunicatio, persecutionis neruus. Hæc persequutio concussit etiã reges potentissimos, Henrychos, Friderychos, horũ filios & nepotes, Ludeuychos, & innumeros principes uiros. eãdem Papa subdidit sibi populos ferocissimos alioqui: eadem sustulit sanctissimos & doctissimos in orbe uiros: simpliciores uerò & imperitiores uel silere prorsus, uel dissimulare compulit. Tandem enim tyrãnide hac sua abominanda obnoxios & obsequentes sibi fecit reges & principes, ut certatim omnes arma tulerint, & ferant adhuc cōfertim, pro nouo isto deo, & pro noua religione asserenda, omnibusq; per uim obtrudenda. Nihil hic fingo, nec bilẽ releuo, neq; quicquam odio aut gratia cuiusquã adfero. Deus iudex omniũ, hic mihi testis est. loquũtur hæc præterea omnes historiẽ cum ueteres, tũ nouæ. Denicq; quid fiat nostra ætate, & quantis persecutionibus premantur: non blasphemĩ, non sacri-

legi, nō adulteri, nō incestu, stupris & fornicationib. polluti ( ut ne quid adiungā his foedius ) nō parricide, aut uenefici, aut proditores, nō impostores, auari, usurarij aut fures, pauperūq; uiduarū & pupillorū oppressores: sed ueræ religionis cōfessores, pōtificiarūq; abominationū confutatores: qui non uident, & cū dolore obseruant, Iudeis sunt ceciores, qui cum audirent, Christus cū uenerit, num signa plura edet ijs quæ hic edidit? & res ipsa hæc interim manifestissimè testaret, nullo tamen modo crediderūt in ipsum. Quid quòd latronib. & parricidis lōgè minori negocio parciť, quàm ueritatis Euāgelicę studiosis? Tolerant Iudæi, Turcę & Sarraceni, & pessimi nocentissimiq; homines: soli Euangelici innoxij nulla unq; uenia digni iudicant. soli hi absq; ulla misericordia tollēdi uident. ut hic q; uerbū Christi agnoscas: Eritis inuisi omnib. ppter nomē meū. Itē: Erit, ut qui uos occiderit, uideat cultū  
 præ-

p̄stare Deo. Rursus, q̄s ignorat quāta  
 hodie pressura in papismo, in monaste  
 rijs maximè, torqueant nō omnino ma  
 li & cōscientijs perturbatorib. multi?  
 Quis nescit, p̄bos & pios homines nō  
 paucos mœrorib. cōtabescere? Quis  
 uerò cōmemorabit nobis seculū, pro  
 ximis aliq̄t & nostro hoc, signis, prodi  
 gijs & ostentis insigne & memorabile  
 magis? Bella intestina & extera, seditio  
 nes, schismata, factiones, simultates, tu  
 multus, insidias, prodiones, perfidiā,  
 fœdera nephāda, truculentiā hominū  
 extremā, ac excidia horrēda, nec pauca  
 quidē illa, nūc non cōmemorabo. Ex  
 his aut quis nō colligat, fidē & charita  
 tem in terris refrixisse, iniquitatem ex  
 tremam in hominum feruere pectori  
 bus? Accedit his, q̄ cernimus mundū  
 hodie in horrēdis huiusmodi discrimi  
 nib. Dei cōtempторib. & omnis ueri  
 tatis irrisorib. esse refertissimū. Religi  
 osissimis, id est ijs q̄b. hoc nominis in  
 dit, & quib. uictus & q̄stus est religio,



ipſa religio merus eſt luſus. Bona nobis eſt perſuaſio, aiebat beatiſſimus ille, quæ nos facit orbis dominos. Ac pudet referre, quæ à doctis & religioſis patrib. in hoc argumenti genere dicuntur. Epicuri de grege porci, uirtutum ſtudium, & calamitates, quas fideles religionis ergò patienter ſuſtinent, immortalitatem animarum & reſurrectionem corporum, adde & præmia piorum & impiorũ ſupplicia, & quecunq; dicuntur de rebus ſpiritualibus & cœleſtibus, rident, & ſuauiſſime quidem deridēt. Præterea uidemus apud uulgus promiſcuum ſecuritatem ſupinam obtinuiſſe, ac ideo prodigioſum crapulæ & ebrietatis ſtudium regnare. Pollicentur ſibi pleriq; adhuc ſecula plurima, ideoq; rident, uel diſſimulando prætereunt omnes de pœnitentia, de uigilia & ſobrietate, de fide & precibus, de fine ſeculi imminente, & de fugiendo malorum contagio conſolationes. Quòd ſi quis porcos iſtos  
paulo

paulo liberius propter pudendam fœditatem increpitet, audit mox, quòd Loth à suis ciuibus Sodomitis audiebat: Nuper huc ueniebas peregrinus, *Gen. 19.* & nūc iudex noster, nos iudicabis? At, qui (obsecro) sunt dies Noe & Loth, si hi non sunt? Summus est omnium admonitionum & ipsius uerbi diuini contemptus. Quid ergo restat, patres & fratres in Christo honorandi & charissimi, quàm non procul admodum abesse diem illam Domini ultimã: eaq; de causa, omnes nostræ fideicommissas oues ad diligentem & sobriam excitandas esse uigiliam? Frustra clamabitur ipsa iam die ingruente. Derepente enim fulguris instar occupabit omnia: mature ergo præparãde sunt mentes omnium hominum, & quidem doctrina non alia, quàm ipsius Domini nostri IESV CHRISTI, de qua hactenus qua potui breuitate disserui.

Cauendum tamen hic in primis momento, ne in definiendo tempore, aut e-

b 5 tiam

*Definiri nõ  
potest dies  
et annus ul-  
timi iudicij.*

tiam anno aut die consummationis, auctores nimis, imò temerarij simus. quæ admodum reperti sunt superiorib. annis malè feriatj quidam, qui diē & annum iudicij ultimi, ceu digito demonstrauerunt: stultitiam utique suam omnibus deridendam propinantes. Dominus noster IESVS CHRISTVS, iudex uniuersorum, & conscius iuxta diuinam naturam omnium consiliorum patris, in Euangelio secundum Marcum dixit: De die illo ac tempore nemo nouit, ne Angeli quidē qui in cœlo sunt, nec ipse filius (quod humanã uidelicet naturã attinet) sed solus pater. Et paulo post: Nescitis quando sit tempus illud. Proinde sicut ipse nos Dominus loqui docuit, loquamur & dicamus: Cauete, uigilate, & orate: nescitis enim quãdo dominus uester uenturus sit: uesperj, an medio noctis, an in gallicinio, an diluculo: ne si uenerit repente, inueniat uos dormientes. Ergo cum uideritis hæc, quæ futura prædixi

dixi fieri, scitote quòd instet regnum Dei: ideo'que suspicite, & tollite capita uestra, Appropinquat enim redemptio uestra.

Sufficit hæc breuis Domini nostri IESV CHRISTI doctrina, discipulis curabilibus, & curiosis, ac minimè gaudentib. prolaxis tractatibus. Quoniã uerò nihil dubito, quosdã de his adhuc copiosora desiderare ac expectare, age percurramus breuib. beati Danielis de hac causa doctrinã. Hunc ex alijs, & ante alios deligimus: q̄ Saluator disserens de excidio urbis & orbis, ad hunc prophetam nos relegauit, nullo negotio eius oraculũ, si paulo fuerimus attentiores, intellecturos. Daniel ergo uisione edoctus cœlesti, quatuor commemorat in mũdo exorituras monarchias, inter quas ultimã appellat bestia, quam & decẽ cornua habiturã ait: inter quæ paruulũ exoriẽs corniculũ, tria deiciat: ipsum uerò mirum in modum excrescat, cæteris'que longè fiat illu-

*Danielis  
uaticinium  
de fine se-  
culi, & ex-  
tremi secu-  
li tempori-  
bus.*

illustrius. Huic itē ait oculos fuisse ho-  
minis, & os loquens grādia, intulisseq̃  
sanctis bellum graue & perpetuum,  
quibus & præualuerit nullo negotio,  
regnaritq̃ potentissimè & licentiosis-  
simè, usquedum positi sint throni, &  
confederit iudicium. Tunc enim uni-  
uersum illud regnum cōuulsum: & be-  
stiam in ignem proiectam, ut sempiter-  
nis torreatur ignibus. Ista expositur-  
us beatus Hieronymus, dicit: Per  
quartam bestiam intelligit uates Ro-  
manum imperiū: quod ideo nec leo-  
nem, ut Babylonium: nec ursum, ut  
Persicum: nec pardum, ut Macedoni-  
cum: sed bestiā appellat, ut quicquid  
ferocius cogitauerimus in bestijs, hoc  
Romanos intelligamus. Hęc Hierony-  
mus. Cum uerò ipse Daniel semina  
genuinę expositionis sparserit, illa ip-  
sa sequendo, & historias conferendo,  
expositionem adferam uisionis huius  
prophetice nō coactam, sed ex uerbis  
prophetæ, ipsiq̃ reb. petitam: & ideo  
obuiam

obuiam, suaꝗqꝫ sponte fluentem. Constat sanè, Imperium Romanum exercuisse in totum orbem terrarum, plus quàm beluinam rabiem. Vt enim non commemorem, sub hoc Imperio ( cuius uasalli erant Herodes ) capite trūcaturum esse Ioannem Baptistam, denicꝗ Christum ipsum sub Imperatore Tiberio, prætoꝛe Romanorum Pontio Pilato, actum in crucem, Apostolos item Christi omnes grauissimè afflictos, tandem etiam crudelissimè trucidatos, ac primitiuā illam ecclesiam decem atrocissimis persecutionibus igni ferroꝗqꝫ attritam, imò & propemodum cōsumptam: quis nesciat, nullam ferè habitati orbis partē fuisse, ad quā non irruerint sæuissima Romanorū arma, eamꝗqꝫ sua illa libidine fœda, superbia intolerāda, & auaritia inexplebili diuexatam, demū deuorarint: Rependit autē tempore suo sanguinariæ Romæ, pro merito suo, iustus Dominus, ac schismate concordiam, ac ita  
 etiam

Romanum  
imperium de  
structum.

etiam vires eius distraxit: id quod propheta per decem cornua significauit. Deficientibus enim à Romano Imperio prouincijs, & alijs quidem reges sibi creantibus, alijs uero hostilia arma Vrbi imperatrici & imperatoribus suis inferentibus, intra paucos annos factum est, ut Vrbs orbis domina, sepius à barbaris capta & direpta, ludibrio quoque habita, tandem etiam à Totila Ostgottho, principe sempiterna memoria digno, & seruo Dei celeberrimo, fuerit inflammata & uastata.

Eo tempore, & antea quoque, cum Vrbs peruenisset in potestatem Genserychi Vuandali, mox autem agnouisset Odacrem Saxonem regem, deinde hoc extincto pareret Dietrycho Veronensi & Ostgotthis, nullus fuit interea Imperator legitimus aut Cæsar in Italia, ut antea Romæ. Constantino-  
poli duntaxat, in urbe Constantini Magni, principis pijsissimi, imperitabant Orientales Imperatores: usquedum

Ioannes Palæologus, Manuelis filius, *Cōstantino  
polititanum  
imperium  
subuersum.*  
Imperator Constantinopoleos penul-  
timus, in concilio Florentino agno-  
sceret Eugenium pontificem Roma-  
num, & se suosq; illi subderet. Erat is  
annus Domini 1439. Mox enim filius  
eius Constantinus 7, Draco cognomi-  
natus, à Muhamede imperatore Tur-  
cico uictus, uitã, urbem & imperium  
amisit. Ita uerò in turpissimæ defectio-  
nis uindictam uetustissimum Græciæ  
Imperium, quod mille centum & no-  
uendecim annis stetit, à Turcis deie-  
ctum, & crudelissimè est subuersum.  
Incidit hæc calamitas in annum Domi-  
ni 1453. ut à concilio Florentino, & de-  
fectione, 14 duntaxat anni intercesse-  
rint. Hieronymus autem annotat in  
Chronicis, urbem Constantinopolim  
à Constantino dedicatam esse anno  
Domini 334.

Cōsiderate interim hic mihi uiri præ *Beneficia  
Dei collata  
Cōstantino  
Magno.*  
stantissimi, Domini Dei nostri boni-  
tatem ac iusticiam, simul & ueritatem  
admi-



admirandam. Fideliter seruiert Deo uero & filio eius IESV CHRISTO, in idololatria uniuersa que superstitione ethnica eliminanda, opprimendaq; & rursus in religione Christiana plantanda, propaganda & confirmanda, beatus Imperator Constantinus: ea de causa, quod & alibi diuus commemorat Augustinus, uoluit illu honorare Deus, munificus omnium bonorum retributor, non modo sempiterno in caelis gaudio, sed gloria etiam in hisce terris amplissima. Nam urbem illi donauit in orbe celeberrimam, & regnum dedit diuturnum & inuictissimu. Deus etenim abstractum a fatali terra Italia, & a sanguinaria urbe Roma, a qua ipsum principem quoq; abhorruisse uerisimile est, Byzantium, in ipsam usq; Thraciam abduxit, ubi conderet urbem suo nomine insignem, & que memoriam optimi potentissimiq; principis clarissima ad posteros in finem usq; seculi transmitteret. Vnde & diuina

uina quadā prouidentia, & per quod-  
dam quasi uaticinium illā ab ipso Cō-  
stantino, atq; adeò ab ipsa Christiana  
constantia denominari oportuit: sicu-  
ti & Romam quidam nominari aiunt  
à Romulo parricida: alij uerò à robo-  
re tyrannico, uel ab immensa superbia  
(quid si addas, vom brāmen / uffru-  
men vnd beschyssen) quibus toti or-  
bi cū spiritualiter tum corporaliter  
infesta fuit. Certè Dominum Deum  
nostrum Constantinopolim singulari  
suo fauore prosequutum esse, testan-  
tur omnes historiæ. Vnum modo cō-  
memorabo. Vtcunq; totus inter se  
orbis, dilapsa iam Romanorum mo-  
narchia, bellis intestinis cōcurrerit, &  
pleraq; regna miras senserint muta-  
tiones, Cōstantinopolitanū tamen re-  
gnū & cōstās permanebat, & inuictū,  
repulsis sæpius barbaris, & ipsis adeò  
Sarracenis, hostibus alioqui potentis-  
simis, ferocissimis' que. Tum demum  
uerò protritione Dei nudatum, Tur-

cis diripiendum & conculcandum fuit obiectum, quādo principes Constantinopolitani ab Eugenio pontifice singulari maximorū principū calamitate (nam eodē tēpore per Amurathē cōsilijs prauis Ladislaū Hungariæ & Poloniae uictoriosissimū principē cū uniuerso deleuit exercitu) decepti, in concilio Florentino à uero capite Christo recedentes, confessi sunt Romanum pontificem uerū in terris Christi uicariū, Petriq; legitimū successorē (recito uerba Platinæ) primū in orbe locū tenere, cui & oriētalīs & occidētalīs Ecclesia meritò pareat, Cæterū cū illustrissimę & uetustissimę huic urbi hęc iusto Dei iudicio euenerint, uideant quid hodie agant, q̄ bonorū principū fide & diligentia liberatī ab hac bestia Romana immani, sup̄ba, sanguinisq; & opū inexplebili, foēda & deceptrice: rursus se eius pedibus calcādos, omnīq; impostura proluēdos prouoluūt. Sed redimus modò ad Danielē.

Con-

Constat ex historijs (quod dicere  
 cœperam) in occidentē, urbe Roma &  
 Italia, Imperij sede antiqua, nullū fuisse  
 Cæsarem uel Imperatorem, per annos  
 à desolatione occidentalis Imperij ad  
 Carolū usq; Magnū, annis trecētis &  
 amplius. Cornua enim subnata, ex schi-  
 smate Romani Imperij, uaria & mul-  
 ta, acriter inter se cōcurrebant, & sese  
 mutuò elidebāt: ita ut nūc dominarē-  
 tur Italiæ ac Romę Vuestgotthi, mox  
 Vuādali, inde Saxones, hinc Ostgot-  
 thi, item Gręci, Lōgobardis quoq; &  
 Francis ad Imperiū aspirantibus. Hoc  
 uero tēpore infelici, dum insani prin-  
 cipes mutuis caderent uulneribus, e-  
 mersit in medio certamine corniculū  
 illud uile & contemptum Danielis, sa-  
 cerdos uidelicet & parochus Roma-  
 nus, qui paulo ante hæc tempora per  
 artes pessimas in authoritate esse cœ-  
 perat: quod ad Imperium consequen-  
 dum mirum in modum faciebat. E-  
 tenim habebatur nunc propemodum

36 HENR. BVLLINGERI  
ab omnibus in Occidente, pro pasto-  
re uniuersali, utpote eius sedis episco-  
pus, quam post longam contentio-  
nem primò quidem cum Africæ ec-  
clesiis, deinde cum Constantinopoli-  
tana susceptam, Phocas Imperator,  
princeps omnino infamis & infelix,  
primam, & caput omnium in orbe ec-  
clesiarum esse iusserat. Valebāt ergo  
Papæ iudicia modò, ceu Apostolici,  
plurimum apud principes: qui tamen  
par hæctenus reliquis episcopis, regiū  
habuit nihil, & iccirco uile & cōtem-  
ptum omnino corniculum.

*Cornu ui-  
le deijcit  
tria cor-  
nua.*

Nec dissimulat Daniel, quomodo  
homo uilis, qui olim principum Ro-  
manorū pedibus proculcabatur, nūc  
uerò in tātā & dignitatem & pote-  
statē emerferit, nempe per trium cor-  
nuum in acri illa aliorum cornuū cō-  
certatione, deiectionem. Ac diligē-  
ter hic obseruandum moneo, Danie-  
lem in hac causa explicāda, non unica  
uoce, sed tribus usum esse. Dicit enim,  
cornua

cornua euulsa esse, humiliata esse, ac cecidisse: id est, unū ex trib. euulsum, alterum uerò humiliatum, ac cecidisse tertiū. Nam Gregorius pont. Romanus eius nominis II, natione Syrus, & homo ingeniosus ualde, Leonem Isauricum Imperatorem Constantinopolitanum, bonum & fortē alioqui principem, propter simulachra è templis submota Christianorum, excommunicatione percussit, atq; ita etiam euulsi pepulitq; Italia. Regnarant in hac Saxones & Ostgotthi, homines barbari, annis circiter centum septuaginta quinque. Debellaui autem hos Bellisarius, uir rei militaris peritissimus: Narses uerò bellator sagax & fortis, à Constantinopolitanis missus principib. illos Italia prorsus pepulit, ipse proconsul Italiam principis nomine Constantinopolitani rexit. Inuexit post hunc Lōginus nouum in Italiam magistratum, exarchatū scilicet, ipse

Exarchatus  
Rauennas.

38 HENR. BVLLINGERI  
rius ac prorex in Italia erat. Exarchus  
uocabatur, & sedem Rauennæ habe-  
bat, non Romæ, quod fœda admodū  
& ex Gotthica uastatione ueluti deso-  
lata esset. Nec post Narsetē & Basiliū,  
uel consules Roma habuit, uel senatū  
legitimè coactum: sed duce homine  
Græco, quem exarchus Rauenna mit-  
tebat, res Romana prorsus attrita, per  
multa tempora administrabatur. Et  
exarchatus quidem nō Romanus, sed  
Rauennas appellabatur. Excōmuni-  
cato autem Leone græco Imperatore,  
& pontifice Gregorio defectionē sua-  
dente omnib. Italiæ urbib. cœperunt  
hæ sibi duces præficere: unde mox ab-  
iecto exarchatus magistratu, Paulū e-  
xarchum unā cū filio Rauennæ per se-  
ditionem interfecerunt, Græcosq; e-  
iecerunt ex Italia. Ita uerò hoc cornu  
euulsum est. Porro Zacharias ponti-  
fex, cum à Francis & alijs gentibus fal-  
sò crederetur uerus esse Apostolicus,  
ac uniuersalis in terris Pontifex, dele-  
ctus

ctus est arbiter, qui pronūciaret, uter regno dignior esset, Hilderychus ne an Pipinus pusillus. Humiliauit autē uerum regē Hilderychū, & in humiliati locum subuexit maiorem domus Pipinū: quāobrem Zachariæ successor Stephanus, eius nominis secūdus, exarchatū Rauennatē, nuper practicis desolatū pontificis, à Pipino rege, Lāgobardis repullis, & Græcis quoque spretis, pro mercede iniquitatis accepit. Ita uerò alterū ex trib. cornib. humiliatum, ac corniculū in eminentiorem locū est exaltatū. Accedit his iā Carolus ille magnus, Pipini pusilli filius: qui ab Hadriano pōtifice contra Lāgobardos euocatus in Italiā, Desiderium ultimū Langobardorū in Italia regem, Papiæ uel Ticini obsedit ac cepit, regnūq; Langobardicū sustulit. Quo nomine tertiū ex trib. cornu rectè dicitur cecidisse. Urbem uerò Romā Carolus S. Petro, pontifici q; S. Petri successori & Romanæ ecclesiæ



40 HENR. BVLLINGERI  
donauit; & quæ maiores ipsius dudum  
donauerant, ipse nunc quoque auxit  
& confirmauit.

Priusquam uerò ad alia huius cause  
progrediar, præterire non possum ex-  
positionem Danielis, & iudicium de  
Gregorio 9. PP. alijsq; pontificibus  
Romanis clariss. & pijsimi uiri D. E-  
berhardi Salisburgensis archiepisco-  
pi: qui circa annum Domini 1240,  
in publicis regni comitijs hæc inter al-  
ia dixisse, 7. Annal. lib. Ioan. Auentini  
legitur: Flamines illi Babyloniæ soli re-  
gnare cupiunt, ferre parem non pos-  
sunt: non desistent, donec omnia pedi-  
bus suis proculcarint, atq; in templo  
Dei sedeant, extollanturq; super om-  
ne id quod colitur. Fames opum, sitis  
honorum inexplebilis est. Quo plura  
auido concesseris, eo plura appetit.  
Porridge digitum, & manum concupi-  
scet. Licentia omnes sumus deterio-  
res. Qui seruus seruorū est, dominus  
dominorum, perinde ac si Deus foret,  
esse

esse cupit. Sacros cœtus atque consilia fratrum, imò dominorum suorum, aspernatur. Timet, ne eorum quæ aduersus leges indies magis atq; magis gerit, rationem reddere cogatur. Ingentia loquitur, quasi uerò Deus sit. Noua consilia sub pectore uolutat, ut proprium sibi constituat imperium. Leges commutat, suas sancit, cõtaminat, diripit, spoliat, fraudat, occidit, perditus homo ille, quem Antichristum uocare solent: in cuius fronte blasphemie nomẽ scriptum est, DEVS SVM, errare non possum. In templo Dei sedet, longè lateq; dominatur. Sed sicut est in arcanis sanctarum literarum: Qui legit, intelligat. Docti intelligent: omnes impij impiè agent, neque intelligent.

Et mox: Romani maiestas populi, qua olim orbis regebatur, sublata est de terris, & imperium in Asiam reuersum est. Rursus Oriens dominabitur, Occidens seruiet, Regnum multiplicatum, summa rerum potestas per plures dis-

sipata, conscisa, minuta, ne dicam dilacerata, discordiæ ciuiles in perpetuū feruntur, nec ullam requiem bellis exitialibus esse sentimus. Imperator, uana appellatio & sola umbra est. Reges decem pariter existunt, qui orbem terræ, Romanū quondam imperium, nō ad regendū, sed consumendum partiti sunt. Decem cornua, id quod diuo Aurelio Augustino incredibile uisum est, Turcæ, Græci, Aegyptij, Aphri, Hispani, Galli, Angli, Germani, Siculi, Itali, Romanas prouincias possident, Romanosq; in his excidēre colonos: cornū que paruulum sub his succreuit, quod oculos habet, & os loquens grandia. Tria potissimum, Siciliae, Italiae, Germaniae, regna in ordinem redigit, sibiq; seruire cogit. Insustentabili dominatione populum Christi, sanctosq; Dei uexat: diuina, humana miscet: infanda, execrabilia molitur. Quid hac prophetia apertius? Omnia portenta atque prodigia, quæ cœlestis

Iestis ille magister noster cantauit nobis ( euoluite Annales ) iam pridem fiunt. Audacia & uis omnia possidēt, boni in omnibus contumelijs atq; in egestate iactantur, confunditur omne ius, & leges pereunt. Non fides in hominibus, non pax, non humanitas, non pudor, non ueritas, atq; ita neq; securitas, neq; regimen, neq; requies à malis ulla est. Omnis terra tumultuatur, fremunt undique bella: omnes gentes in armis sunt, & se inuicem oppugnant. Ciuitates finitimæ inter se præliantur, eruuntur regna, ciuitates funditùs intereunt: non modò ferro atque igni, uerumetiam terræmotibus assiduis, & eluuiæ aquarum, & morbis frequentibus, & fame. Fiunt ubique prodigia miranda, per omnia elementa mundi. Aer uiciatus & corruptus & pestilens est: modò importunis imbribus, modò inuitili siccitate, nunc frigoribus, nunc æstibus nimijs: nec terra  
 homini

44 HENR. BVLLINGERI  
homini dat fructū, nec seges quicquā,  
non arbor, non uitis ferunt. Cum in  
flore spem maximam dāt, in fruge de-  
cipiunt. Deficiunt in terra quadrupe-  
des, in aere uolucres, in mari pisces.  
Crines cometarum, solis tenebræ, co-  
lor lunæ, cadentium siderum lapsus su-  
bito & nō usitato modo, sanguine ob-  
fusum cœlum mentes hominum ma-  
ximo terrore confundunt. Per irā Dei  
aduersus homines sequit ferrum, ignis,  
fames, morbus. Impij tamen iusticiam  
Dei non agnoscunt: imò magis insti-  
gantur, ut oculos habeant, & non uideāt.  
Hęc ad uerbum recitauī ex An-  
nalib. Auentini: quæ si quis uestrūm  
legere cupiat, inueniet in exēplari In-  
golstadij impresso anno Domini 1554,  
fol. 684 & 685, &c. Congruunt autē  
ista omnia Archiepiscopi, causæ no-  
stræ, & explicāt ipsam: apparetq; non  
solos nos in hac esse sententiā, quòd a-  
lia regna reponit in locum trium cor-  
nuū: quā nos iudicio cōmittimus Le-  
ctorum.

etorū. Cum nostra expositione congruit numerus nominis bestię Apoc. 13. De qua re alibi copiosius; modò ad Danielelem nostrum redeo, explicaturus per compendium & reliqua.

Ad hunc uerò modum ex deiectione trium cornuum, corniculum illud Danielis, humilis Christi seruus, adeoq; seruorum seruus, non modò in summum emerfit fastigium, sed factus est præterea potentissimus Italiae, terrae illius fatalis, princeps, & Romæ septuaginta annis dominus: quod & cum suis, annis iam septingentis quinquaginta reparauit & ornauit, ut uetus Roma per hos dignos se patriarchas, modò regenerita esse uideatur. Atq; huc uidetur diuus respexisse Apostolus, qui disertè in Epistola ad Thessalonicenses dixit: Apoc. 17.  
 Tantum hoc tenens nunc, donec è medio tollatur, & tunc patefiet iniquus ille. 2. Theff. 2.  
 Quod perinde est ac si dixisset: Hoc solummodo, quod nunc detinet, Romanum

46 HENR. BVLLINGERI  
manum scilicet Imperium, tolletur è  
medio. & cum τὸ *λατίχορ*, id est, illud  
impedimentum è medio fuerit subla-  
tum, tunc erigetur Romana sedes, &  
collocabitur in sede noua illa & secun-  
da bicornis bestia, duobus uidelicet  
insignita clauibus, & utroque munita  
gladio. Nec ego hunc Pauli locū so-  
lus sic expono: exposuit ipsum eodem  
modo ante annos mille & quadringē-  
tos Tertullianus, qui in libro de resur-  
rectione carnis: Quis fiet de medio,  
inquit, nisi Romanus status, cuius ab-  
scissio, in decem reges dispersa, Anti-  
christum superinducat? Eundem sen-  
sum reddit & beatus Hieronymus,  
quæstione ad Algasiã 11. qui manifestè  
Romã appellauit Babylonem, bestiaẽ  
& purpuratæ meretricis sedem.

Paparex  
nouus, &  
perturba-  
tor regno-  
rum.

Sic autem in regno suo confirma-  
tus pontifex, rex nouus, cœpit & ipse  
reges creare, maxima' que gloria Chri-  
stianis prælucere principib. omnibus:  
postea & omnia perturbare regna.  
Ete-

Etenim Leo papa eius nominis tertius, Romanū imperiū in occidēte collapsū, desolatū & deletū per annos trecentos & amplius, reiectis penitus principib. Constantinopolitanis, restituit, aut nouū potius excitauit. Nam Carolū Francorū regem, Imperatorem esse iussit: ita tamē, ut præter inane nomen cōtulerit parum. Ipse enim sibi Romam, & Italiæ partem optimā, quā Græci occupauerant, & Exarchatus nomine appellabatur, retinuit: partem uerò Italię (titulos aliquot Romanos) recuperatā à Lāgobardis, & inane Imperatoris nomē Carolo concessit. Itaque iuxta uaticinium I E S V CHRISTI à Ioāne in Apocalypsi prolatū, imago bestię excitata cernitur à pseudopropheta. Factum id est haud dubiè miro antiqui ueteratoris artificio. Etenim cum tota uetustas expectarit Antichristū sub finem Romani imperij, atque is illo ipso tempore emerferit, & sese in sedē Dei collocarit,

colla-



48 HENR. BVLLINGERI  
collapsum ille ueluti reparare conatus, effecit ne agnoscatur à fidelibus: sed hi potius eius dementati artibus, nescio quem Babylonicum expectent Antichristum, quem & libris editis adhuc uenturum annunciant, & acriter uituperant. Non aberrarent tamen à uero scopo, si cum tota uetustate Romam appellarent Babylonem illam, ac pro futuro tempore præsens reponerent.

Porro stirpe Caroli Pipiniq; sublata, ut parum aut nihil præsidij superesset pontificibus in Francorum principibus, sicuti olim potentia Gregorū abusi fuerant, & Longobardorum, à quibus deinde defecerunt ad Frācos, ita nunc totos sese in Germanorum principum amicitiam insinuant, ut ita res suas cōficiant. Maximis ergo laboribus & sumptibus Othones Italiam instructis acieb. ingrediūtur. Instituuntur sub his septemuiri, quos uulgo appellant Electores. Cæsarem hi eligūt:  
at Au-

at Augustalis maiestas non confertur nisi à Pōtifice. Iam enim monarchiam sibi parauerāt Pontifices. Vnde etiam paulo pōst Imperium abducūt Heinrichis, Friderychis, Ludouicis, & alijs nonnullis Germanorū eximijs sanctisq; principib. perturbatis interim, ferro igni que uastatis, regnis in orbe Christiano omnibus, ut non frustra filij perditionis sint appellati. Nihil nūc dicam de bello, quod uulgò Sacrum uocant, Pōtificum potissimum opera conflatum. Commissi sunt eo bello omnes cūm Orientis, tum Occidentis, adde & Septētrionis ac Austri gentes & regna: tantusq; effusus est sanguis humanus, ut nullū unquam in mundo bellum animis infensiorib. pertinacioribusq; & tanto rerum dispendio gestum sit, quanto hoc bellum sacrum Pontificiū. Cœperunt præterea suis hæreditatib. auitis, regnisq; per prodiones & cedes eiſcere reges, aliosq; pro suo subuehere arbitrio & cōmodo.

do. Quare & reges inter se regnâq; atrocissimè commiserunt. Ita quidem Hungarorum reges, Gallorum reges, Germanorū item reges, aliarum que nationum principes concitarunt contra eos, quos ipsi habebant pro hostibus. Sic erepta est Sicilia & Neapolis Friderychi Sueui Imp. nepotibus, cōmissiq; sunt inter se graui bello Germani, Galli atq; Hispani. Sed & Gallorum regibus non semel malam retulerunt gratiam Pontifices. Certè Bonifacius VIII mira impudentia regnum Galliaë, pontificië maiestatis beneficiū asserere ausus, hoc Philippo Pulchro regi Francorū ademit, & Alberto Austruaco donauit, scilicet. Sed paucis exponi non potest, quantū totum terrarum orbem concusserit nouum hoc & infelix Papę regnum, & monarchia perniciosissima. Satis autē sit attigisse hæc saltem, ut ex ipsis ueluti per transennam cernatis, nō aliud esse aut fuisse regnum in orbe Christiano turbulē-

lentius Pōtificatu Romano. Historiæ copiosius illa prosequuntur: ego nunc ad Danielem redeo.

Videamus porro regis huius noui exactissimā & perspicuā per Danielem descriptionē, & cōferamus huic res ipsas; ne cui ullū remaneat dubiū, Danielis uaticiniū nō de alio quā Pontifice Romano & regno eius esse exponendum, omniaq; eius iam plenè esse adimplenda: unde non queamus aliud expectare, quā iudicium extremum, & finem rerum pariter omnium. Quo nomine meritò uigilemus ipsi omnes, omnesq; excitemus ad accuratam uigilantiam. Oculi, inquit Daniel, corniculi illius, hominis erāt oculi. Nam exercitatus, astutus, uersipellis, omnigenisq; artib. ac practicis instructus est hic rex, & præcellit familia eius hac in facultate omnes omnium principum practicatores, ut uocant. Et hæc quidem facultas promouit illum in regnum, auxit eius potentiam, textit item

nequitiã, & seruat adhuc incolumem.  
 Addit uates: Os eius loquitur grãdia.  
 Item, Contra deum deorum loquetur  
 mirabilia; adeò ut ualde miretur impu-  
 dentiam propheta. Si uerò, domini  
 colendi & fratres charissimi, aliquid  
 audire uultis uerborum grandium, a-  
 nimaduertite. Referam quẽdam ex ip-  
 sorum libris, Papa (aiũt) est supra ius,  
 & est solutus à legibus: potest æquita-  
 tem nõ scriptam, ex sui interpretatio-  
 ne præferre iuri scripto. Iura enim om-  
 nia in scrinio pectoris sui habere uide-  
 tur. Quod ergo Papa uel approbat,  
 uel reprobat, & nos approbare uel re-  
 probare debemus. Nemini est, de se-  
 dis Apostolicæ iudicio iudicare, aut  
 illius sententiã retractare permissum:  
 uidelicet propter ecclesię Romanę pri-  
 matum, Christi munere in beato Pe-  
 tro apostolo diuinitus collatum. Neq̃  
 à Concilio, neq̃ ab Augusto, neq̃ ab  
 omni clero, neq̃ à regibus, neq̃ à po-  
 pulo iudex iudicabitur. Aliorum ho-  
 minum

*Que doce-  
 antur in  
 Decretis et  
 Decretali-  
 bus et Glos-  
 sis, de Ro-  
 mano pon-  
 tifice, eius  
 maiestate  
 & regno,  
 uel monar-  
 chia.*

minum causas Deus uoluit per homines terminari: sed sedis istius præsumptionem suo, sine quæstione, reseruauit arbitrio: adeò ut si innumerabiles populos cateruatim secum ducat ad gehennam, huius culpas isthic redarguere præsumat mortaliũ nullus. Quia cunctos ipse iudicaturus, à nemine est iudicandus. Ecclesiam Romanam Deus non sinit errare. Et omnis qui non obedit statutis Romanæ sedis, est hæreticus. Quinimò Adrianus: Generali, inquit, decreto censemus & constituimus, ut execrandum anathema sit, & ueluti præuaricator fidei catholicæ, semper apud Deum reus existat, quicumq; uel regum uel episcoporum, uel potentum deinceps, Romanorũ pontificum Decretorum censurã in quocumque crediderit uel permiserit uiolantiam. Sic omnes sanctiones Apostolicæ sedis accipiendæ sunt, tanquam ipsius diuina uoce Petri firmatæ. Magna uoce (ait Leo 4) pronunciare nõ

timeo, quia qui sanctorum patrum statuta, quæ apud nos Canonum nomine prætitulantur, nõ indifferenter recipere conuincit: nec catholicã & apostolicam fidem, nec sancta quatuor Evangelia utiliter & efficaciter ad effectum suũ retinere uel credere probatur. Fidem quippe uiolat, qui aduersus illam agit quæ est mater fidei. Et quamuis apostolici aliquando non sint boni, tamen semper præsumuntur esse boni. Peccat Papa dum adulterium uel homicidium committit, sed accusari non potest. Sacrilegij instar esset, disputare de facto Papæ: cuius facinora excusantur, ut homicidia Samsonis, & furta Hebræorum, & adulterium Iacob. Quinimò si clericus amplectatur mulierem, dicatur quòd causa benedicendi eam hoc faciat. Nemo quicquam hic à me conlingi arbitretur. nam ipsa uerba Canonistarum in forma recito: quæ & in libris eorum, si requiras, commonstrare possum.

sum. Omnes dignitates, inquit, & omnem potestatem quam habuerunt omnes patriarchæ, Papa solus habet. Maior est huius autoritas, quam sanctorū. Quia quem cōfirmat, nemo infirmat. Habet hic utrūq; gladiū, nec cogitur à quoquā, etsi dicatur hæreticus. solus renūciat in manib. Dei proprijs, quia est uicarius Christi: & habet plenitudinē potestatis à Deo. Potest parere cui uult. Solius est ius, uniaufferre, & alteri conferre. Totus mundus est diocesis Papæ, & Papa est ordinarius cunctorum, plenitudinem potestatis habens in spiritualibus & temporalibus. Est enim dominus dominantium, habens ius regis regum in subditos. Ipse est omnia, & super omnia: est que de necessitate salutis, subesse Romano pontifici. Dei enim & Papæ unum est consistorium. Dicitur item Papa cœleste habere arbitrium, & ideo etiam naturam rerum immutare, substantialia unius



rei applicando alteri. Et de nihilo potest aliquid facere: & sententiam quæ nulla est, aliquam facere. Quia in his ei quæ uult, est pro ratione uoluntas. Nec est qui ei dicat: Cur ita facis? Ipse enim potest supra ius dispensare, & de iniusticia facere iusticiam, corrigendo iura, & mutando. Audistis hæcenus os loquens grandia, stercore profecto diabolico obdurandum: uerum suo ipsius indicio ita se prodit forex.

Dum autem foetidissima hæc egerit in medio Ecclesiæ stercore, adhuc tamen uideri uult loqui ex parte altissimi: cuius se uicarium in terris prædicat: qui & tēpora & leges, sicut ait Daniel, mutare se posse existimat. Reuera Dei instituta potest & debet mutare nemo, ergo Antichristus putabit se posse mutare: et *wir ds wñant*. S. Hieronymus in hæc Danielis uerba annotat, Antichristum suæ potestati subiecturum uniuersam Christi religionem: in quam quidem uidimus Pa-  
pas

pas sibi permisisse quidlibet.

Quoniam uerò omnia tēpora proferunt fidos Christi præcones, Enochos & Helias, qui se huiusmodi opponunt abominationibus, rectè Daniel: Ac prælium, inquit, fecit cum sanctis, & præualuit eis. De quo prælio, cum superius uerba Christi Domini exponentes dixerimus, non est quod illa repetamus.

Cæterum quia pīj, quorum humeris hoc oneris, molestiæq; insidet, rogare poterant, quàm diu bestia hæc altera sit sæuitura, & uastatura regnum Christi, & blasphematura nomen Dei æterni? præoccupat hoc Daniel, & dicit: Tradetur in manū eius usq; ad tēpus, & tempora, & dimidium temporis. Quo quidem ænigmatico dicendi genere, aliud nihil significare uidetur, quàm sanctis in illa pugna esse perseuerandum, siue uerò pugnandum sit longo, siue breuī tempore: nam nullū definitū edi, ergo nec expectari debere.

*Finis regni  
Papistici.*

*Ad tempus  
& tempora  
& dimi-  
dium tem-  
poris.*

Pleriq; intellexerunt per tempus, tempora, & dimidium temporis: annum unum, duos item, cum dimidio, quib. Antichristū regnare, deinde uerò aboleri oporteat. Verūm ei interpretatio ni repugnat doctrina Euangelica, que constantissimè asseuerat, diem iudicij nemini esse cognitum. Sed & Daniel illo ipso capite dicit, sæuituram bestiam, usquedum ponantur throni: id est, usque ad iudicium. tum demum proturbandam illam in ima tartara: liberandos item & glorificandos fideles, qui propter Christum quæuis etiam subierunt supplicia. Certè Paulus congruens cum Daniele: Quem abolebit Dominus, inquit, claritate aduentus sui. Quis autem certò reddiderit nobis aduētum Christi, id est, diem iudicij? Cæterum reddiderit planè, quisquis dixerit, Antichristum regnaturum annos tres cum dimidio, & mox deinceps abolendum. Finis enim regni Antichristiani, est ipsa dies  
ulti

ultima iudicij extremi. Idcirco ænigmatico illo dicendi genere nullum definitur tempus certum: sed admonentur p̄i magis patientiæ & longanimitatis, ne uē curiosius scrutemur temporis huius articulum, sed permittamus potius Christo alibi discipulis suis dicenti: Non est uestrū nosse tempora, & articulos temporum, quos pater in sua ipsius constituit potestate: sed uigilate, ut quando Dominus uenerit, inueniat uos uigilantes.

Post ista testat̄ Daniel copiosissimè, finiendū esse seculum, & iudicij diem certò futurum, deturbandumq̄ ad inferos Antichristū. Cuius quidē tractationis cōmentarium edidit copiosum Dominus Christus, per apostolū suū Ioan. in Apoc. cap. 19 & 20. quæ uestre diligētis excutiēda relinquo, breuitatisq̄ gratia nūc nō operosius excutio.

Nunc uerò cōstare arbitror ex illu-

*Conclusio.*

strissima CHRISTI IESV Dñi nostri doctrina, ex oraculis itē sanctissimorū  
Dei

Dei prophetarū euidētib. & ex interpretatione p̄spicua selectissimorū Christi ap̄stolorū, deniq; ex dilucida collatione ipsarū rerū, quas partim iam dudū factas historica testat̄ fides, partim uerò quotidie fieri oculis nostris ceruimus, prophetias de ultimis temporib. iam esse adimpletas, ac propterea instare diem Domini, & appropinquare redemptionem nostram. Vnde iam omnes uos intelligere existimo, uestri esse muneris, monere, hortari, instare, & urgere fideles, ut uigilent, & capita sua eleuent, excusso ueterno: ne alia signa aliāue tempora expectent, sed Euangelio, Prophetis & Ap̄stolis, rebusq; ipsis omnium oculis sese ingerentibus credant, nec alium Antichristum uenturum existiment: sed à præsente, regnante, & omnia conturbante, nunc sibi caueant: ad CHRISTVM IESVM, qui est plenitudo fidelium, cōfugiant, & in hoc omnia salutis querant, ab eius ore & ope toti pendeant,  
in

ORATIO PRIMA: 61

in hunc solum respiciant, ab omni impuritate recedant, sanctè & honestè uiuant, & in primis à securitate impia & ab ebrietate spirituali & corporali sibi caueãt, ut cum iudex Dominus noster IESVS CHRISTVS in nubibus cœli cum potentia & gloria magna appa-ruerit, læti obuiã ei rapiamur in aera, & sic semper uiuamus cum Domino. Cui gloria in secula seculorum, Amen.

*Recitata xii Septemb. Anno Domini MDLV.*

## ORATIO SECVNDA

HENRICI BULLINGE-

ri, ex uerbis Apostoli 2. Timoth. 3. docens,

quaratione pericula postremi nostri se-

culi grauissima, p̄ys immo-

xia fiant.



INSIGNIS est locus apo-  
stoli Pauli, qui in postero  
ra epistola ad Timoth. ca-  
pite 3. ad uerbum ita ha-

bet: At tu persistito in his quæ didici-  
sti, & quæ tibi concredita sunt, sciens  
à quo didiceris: & quòd à puero sacras  
litteras noueris, quæ possunt te sapien-  
tem reddere, ad salutem, per fidem, in

CHRISTO IESV. Omnis scriptura  
diuinitus inspirata, utilis est ad doctri-  
nam, ad redargutionem, ad correctio-  
nem, ad institutionem, quæ est in iusti-  
cia, ut integer sit Dei homo, ad omne  
opus bonum apparatus.

*Scriptura  
in nostros  
etiam usus  
edita.*

Eximia Dei in genus humanum be-  
nignitas, cum in multis, tum in eo relu-  
cet

cet maximè, quòd doctrinam salutis,  
 mundo administratā, per homines ex  
 cellētissimos, ita moderatus est, ut cō-  
 gruat non ei duntaxat seculo, cui per  
 prophetas & apostolos proposita est:  
 sed nobis etiā, in quos termini seculo-  
 rum inciderūt. Et quidē postrema tē-  
 pora omniū periculosissima futura, te-  
 statur unanimi consensu & Propheta-  
 rum & Apostolorū cœtus omniū san-  
 ctissimus. Idem omnium diligentissi-  
 mè & copiosissimè pericula illa nō de-  
 scribit tantū, sed oculis quoq; contem-  
 planda subiicit: certè ne p̄ij malo & pe-  
 riculis inuoluantur & pereant. Ex eo  
 numero est electionis uas Paulus, qui  
 in præsentiarum pulcherrimo progre-  
 diēs ordine, principiò quidē diligētis-  
 simè exponit pericula postremi nostri  
 seculi: deinde uerò medelā ostēdit, qua  
 illa p̄ijs reddātur innoxia. Res est non  
 tantum elegans, memorabilis ac salu-  
 bris, sed etiam maximè necessaria, no-  
 bis in primis & nostro seculo. Delegi  
 ergo

Argumen-  
 tum & sco-  
 pus.



ergo hunc locum modò tractandum apud uos, honorandi patres & fratres in Domino charissimi, ut ex doctrina Apostolica eruditi, spiritu diuino confirmemur in uera pietate, & gregem Domini nostræ fidei commissum ex periculis, Domino nostris benedicente laboribus, liberare possimus. Dominus gratia sua aspiret nobis, & dirigat nos semper in uia salutis.

*Descriptio  
scelerū &  
periculorū  
in Scripturis.*

Quemadmodum uerò medici in libris suis morbos etiã fœdissimos describunt diligentissimè, non ut hos laudent atq; commendent, uel etiam approbent, sed ut exactè cognoscantur, & curètur rectius: ita Scriptura in presenti, & in infinitis locis alijs, scelera etiam abominanda, & non absq; uerecundix significatione nominãda aperitissimè commemorat, nō ut ea doceat atq; commendet, sed ut ea rectius cognoscamus, & de ijs non secundū carnem, sed secundum spiritum Dei iudicemus, & religiosè caueamus: deniq;

cer-

cernentes palàm ea in mūdo comple-  
ri, quæ futura prædixerūt sancti pro-  
phetae Dei & apostoli Christi, cogite-  
mus nunc illa adesse tēpora corrupta  
& periculosa: & ea de causa precemur  
ardentius, ac uigilemus diligentius.

Apostolus itaq; ante recitata quæ  
audiuimus uerba, à capitis initio, com-  
memorat longo catalogo scelera, &  
sceleratos homines: adeoq; dicit om-  
nes ætates, omnes sexus, & omnes or-  
dines postremi illius nostri seculi, cor-  
ruptissimos futuros. Illud (inquit) sci-  
to, quòd in extremis diebus instabūt  
tempora difficillima, & periculosissi-  
ma. Erunt enim homines sui amantes,  
uehementer sibi placētes, rebusq; suis  
studentes, amantes pecuniæ, corradē-  
tes hanc per phas & nephas, neq; ab i-  
pso sibi temperantes sacrilegio, non à  
simonia fœdissima. Erūt homines ue-  
hementer fastuosi, turgidi, elati ac glo-  
riosi, blasphemī item, in Deum in pri-  
mis, deinde & in homines sanctos, &

*Descriptio  
morum uel  
hominū po-  
stremi se-  
culi.*

apostoli

e in ue

66 HENR. BULLINGERI  
in ueritatē, & res sanctas. Illi ipsi erunt  
immorigeri parentibus, magistratib.  
præceptoribus, magistris & doctori-  
bus suis: Deo & hominibus nō ingra-  
ti tantum, sed optimè meritis pessi-  
mam quoque referentes gratiā. Erunt  
homines scelerati, nihil utiq; habētes  
timoris aut reuerentiæ, & qui impu-  
denter in quæuis prouant flagitiosa  
facinora. Erunt ἀσπυγοί, sine uiscerib.  
sine amoris, pietatis, humanitatisq; af-  
fectione: ne suos quidem, ut parentes,  
liberos, coniuges, & naturaliter con-  
iunctos, amātes: sed acerbi, crudeles &  
inhumani, feris omnino morib. præ-  
diti, qui etiā ad cōmunem naturæ sen-  
sum obsurduerūt, omnia affectu, aua-  
ritia, ambitione & cupiditate metiē-  
tes. Erunt foederū, fidei, pactorum &  
promissorū immemores, perfidi, & ua-  
nissimi, ac planè inconstātissimi leuissi-  
mīq; homines: deniq; calumniatores  
& obtrectatores, Luciani quidā, & sa-  
crarū bonarūq; uel honestarū rerū il-  
lulores,

lufores, peruertentes item rectè dicta  
 in sensum peruerfum, & contorquens  
 tes simpliciter dicta ad prauos suos af  
 fectus. Erunt homines intemperātes,  
 in cultu utiq; corporis, in ædificijs, in  
 uestibus, in cibo & potu, foedi nimirū  
 gulones, potatores, scortatores, adul  
 teri & Sodomitæ, superbī pauones,  
 molles ac stulti Phryges. Erunt præ  
 terea ἀνήμειροι, immites, inculti, barbari,  
 adeoq; syluestres homines, *row/  
 wild vnd sibirisch lüt*, & ideo ἀφιλά  
 γαθοι, qui non admodum curant uel a  
 mant bonos & honestos uiros, neque  
 horum consortio delectātur. Vt enim  
 à rebus optimis abhorrēt, & pessimis  
 assueuerunt, ita fidelem monitorē fer  
 re non poterunt. Erunt itaq; prodito  
 res & ueritatis & pietatis amantium  
 hominum. Non legitimè & candidè  
 quidpiam agent, sed inuoluent omnia  
 practicis, ut uocant, insidijs & artibus  
 proditorijs. Sed & præcipites erunt,  
 nihil agentes cum ratione & iudicio:

68 HENR. BVLLINGERI  
sed omnia temerè audenter & præfra-  
ctè. Nam erunt inflati, & prorsus tur-  
gidi spiritus. Plus amabunt uolupta-  
tes, quàm ipsum Deum & res diuinas:  
quippe qui ipsam religionem cõuer-  
tent in quæstum, ut habeant quod pa-  
randis impendant uoluptatibus. Vi-  
deas certè innumeros, qui impensius  
amãt popinas quàm templa: pluris fa-  
ciant instructa & delicata, imò temu-  
lenta cõuiuia, quàm cõciones Ecclesia-  
sticas, Spiritu Dei plenas & sobrias.  
Huc enim recidit res, ut pleriq; speciẽ  
uel formam pietatis habeant quidem,  
& appellari uelint beatissimi, spiri-  
tualissimi, catholicissimi, orthodoxi,  
& optimi Christiani: sed uirtute inte-  
rim careãt pietatis & ueræ religionis,  
ac hypocritæ sint uanissimi, homines  
sine omni religione & humanitate, a-  
bominãdi & execrandi. Et hæc quidẽ  
exposuit nobis Apostolus hucusque,  
de extremi seculi hominib. corruptis,  
deprauatis que omnium sexuum, æta-  
tum

tum atque ordinum moribus. An uero non eadem antea quoque prænu-  
 ciarunt Prophetæ, & ipse propheta-  
 rû Dominus IESVS CHRISTVS? In  
 Euangelio enim, ut nihil ex prophe-  
 tis adferamus, manifestissimè loquu-  
 tus, dixit: Verumtamen filius homi-  
 nis cum uenerit, an reperturus est fidẽ Luc. 18.  
 in terra? Et iterum: Abundabit om- Matth. 24.  
 nino iniquitas, & refrigescet chari-  
 tas multorum. Et adhuc clarius: Si-  
 cut erant dies Noe (inquit) ita erit &  
 aduentus filij hominis. Sicut enim  
 erant in diebus qui præcesserunt di-  
 luuium, edentes & bibentes, contra-  
 hentes matrimonium, & nuptum dā-  
 tes, usque ad eum diem quo intrauit  
 Noe in arcam, & non cognouerunt,  
 donec uenisset inūdatio, & sustulisset  
 uniuersos: ita erit & aduentus filij ho-  
 minis. Consimiliter etiam sicuti acci- Luc. 17.  
 dit in dieb. Loth, edebant, bibebant,  
 emebant, uendebant, plantabant, ædi-  
 ficabant: sed quo die exijt Loth è So-  
 domis,

70 HENR. BVLLINGERI  
domis, pluit igni & sulphure è cœlo;  
& omnes perdidit: ita erit etiam dies  
quo filius hominis reuelabitur. Ergo  
non est quod pluribus exponamus,  
quales fuerint homines temporibus  
Noe & Loth, cum ipse Dominus id  
nobis plenissimè exposuerit, fuisse ui-  
delicet prorsus carnales homines, qui  
prorsus diuina spreuerint, nihil nisi  
carnalia quæsierint, adedò ut in bestias  
& bruta & fera quædam animãtia de-  
generasse aut peruersi esse uideantur.  
Quis uerò negauerit, hodie talem esse  
uulgi partem optimam, & optimates  
& sapiētes penè omnes? Videte quid  
faciant reges & principes, spirituales  
itē patres, docti & excellētes in mūdo  
homines. Audite quid loquatur uul-  
gus de religione, de iusticia & hone-  
state, ac spe futuri seculi. Cogemini cla-  
mare cum propheta, & dicere: Nō est  
iustus, ne unus quidem: nō est qui in-  
telligat, non est qui requirat Deum.  
Omnes deflexerunt, simul inutiles fa-  
cti sunt:

Rom. 3.

cti sunt: non est qui faciat bonum, nō est usq; ad unum. Sepulchrum apertū guttur eorum, linguīs suis ad dolum uisi sunt, & uenenum aspidum sub labijs eorum. Quorum os execratione & amarulentia plenum est, ueloces pedes eorum ad effundēdum sanguinem. Contritio & calamitas in uijs eorum, & uiam pacis non cognouerunt. Non est timor Dei coram oculis eorum.

Pergit Apostolus grauiora cōmemorare discrimina, quæ oriuntur ex corruptis hominib, corruptaq; ipsorum & impia doctrina. Futuros enim dicit blandos aliquot, ingeniosos, uerfutos & subdolos in ecclesia impostores, qui subeāt nobiles familias, captiuasq; ducant mulierculas, alioqui uarijs agitas concupiscentijs. Addit, doctrinam illorum nullum inuenturam portum, nullum habiturā modū, neque ex ea cuiusquam parari uel tranquillam reddi posse conscientiam. Et

*Pericula  
corruptæ  
doctrinæ  
postremi  
seculi.*



quo melius agnoscantur quum uenerint, assimilat eos magis Ægyptiacis, qui loquentia sua, maleficis artibus & uersutissimis imposturis apud regem Ægypti Pharaonē effecerunt, quo minus liberū dimiserit Israelitas Dei populum, ad cultum Deo exhibendum.

Et Christus Dominus de illis ipsis impostorib. loquens, in Euangelio dicit: Surgent pseudochristi & pseudo prophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducātur, si fieri possit, etiā electi. Ecce prædixi uobis. Neq; uerò est quòd hæc abūde completa esse iam seculis aliquot, prolixo illustremus approbemusq; commentario. In templis, in sacellis, in scholis, in aulis, in collegijs atq; cœnobijs papistarum mille inuenire licet exempla atque testimonia.

*Persequutiones postremi seculi.*

Ad periculorum extremi seculi pōdus accedunt iam & persecutiones ueritatis & sanctorum crudelissimæ, quas futuras prædicit Apostolus: sed  
& ad

& addit, multa cum felicitate profef-  
 furos impios, pios contrà omnis gene-  
 ris calamitatib. opprimēdos; id quod  
 dementet atq; in errore retineat plu-  
 rimos. Hoc ipsum etiam prædixit fu-  
 turū in Euāgelio Dominus IESVS: &  
 Daniel, qui de Antichristo, eiusq; re-  
 gno disserens, Et prosperabitur ( in-  
 quit) & faciet, & interficiet robustos,  
 & populum sanctorum, secundum uo-  
 luntatem suam, & dirigetur dolus in  
 manu eius. Item: Doctores populi e-  
 rudient multos, & corruēt per gladiū  
 & per flammam, per exiliū & dire-  
 ptionem, usque ad tempus ultimum.

*Danielis 8  
 & 11. cap.*

Hæc autem completa esse & ipsa, a-  
 bundantissimè testatur proximorum  
 aliquot seculorum historia: testatur  
 hodie Anglia in primis, martyrum fe-  
 racissima. Testatur Gallia, testatur Ita-  
 lia atq; Germania. Et hæc quidem  
 hæcenus disseruit sacer CHRISTI  
 Apostolus, de grauibus extremi secu-  
 li periculis. Quæ omnia ad nos maxi-

mè, & ad nostra tempora pertinere, qui nōdum uidet, nihil prorsus uidet. In morbis tamen his cognoscendis, & rectè iudicandis, tametsi momentum sit non leuiculum: salubrior tamen fructus existit ex diligenti cōsideratione medicinæ, ab Apostolo nobis fideliter suppeditatæ.

*Medicina,  
uel cura  
malorum  
istorum.*

Quid uerò medicinæ profert ac subministrat Apostolus, cuius beneficio morbi isti curentur, pericula que maxima reddantur innoxia? Et istos (inquit) auersare. Breue est consiliū, & medicina minimè operosa, sed mirè efficax. Quos uerò intelligit, dum dicit, Et istos? Nimirum deploratæ impietatis homines, hostes ueræ religionis, ac sophistas in primis, impostores, cruentos persecutores, pseudo prophetas, & successu fortunæ huius seculi ebrios. Istos inquam, & omnes eorum cōplices auersare. Id quod perinde est ac si dixisset, Huiusmodi perditos homines, & perditores, ut  
flagitium

flagitium infandū abominaberis: non timebis, non magnificies eos, nec approbabis, neque imitaberis, nihil illis credes, cum his non colludas aut componas: breuiter, auersaberis eos studio perpetuo, mentēq; sana, intrepida atq; obfirmata. Nā & in Euangelio dixit Dominus: Ne credideris, neue imiteris aut sequaris pseudopphetas. Excipis: Hoc uerò opus, hic labor est. Verūm Deo & credenti nihil impossibile aut difficile est. Clamat Ioannes Apostolus, & ait: Maior est qui in uobis est, quàm qui in mundo est. Et iterum: Hæc est uictoria quæ uicit mundum, fides uestra. Quoniã prior clamauit in Euangelio Dominus noster: Ecce ego uobiscum sum omnib. dieb. usq; ad consummationē seculi. In mundo afflictionem habetis: sed bono animo sitis, ego uici mundum. Capillus de capite uestro non cadet. Dabo uobis spiritū meū paracletū: & reliqua, quę huius generis legunt in Euāgelio.

His

1. Ioan. 4.

et 5.

Matth. 28.

Ioan. 16 et

14. et c.

Luc. 21.

His omnibus accedit, quòd Apostolus commodissimam rationem nobis ostendit, quomodo corruptos istos homines auersari, & corruptelas religionis omnes, grauiacq; illa discrimina subterfugere ualeamus: si uidelicet inhæreamus sancta quadam pertinacia exēplo Apostolico: mordicusq; apprehensa Scriptura canonica, non patiamur inde nos uel latū pilum decuti aut abstrahi. Et exemplum quidē Apostolicum commendat nobis Apostolus, & dicit: Tu uerò affectatus es genus ingeniumq; doctrinæ meæ, institutionem meam, propositum itē, in docendo utiq; in uiuendo, & in uniuerso meo officio, quid in his spectem, Dei utique gloriam, & animarū salutē. Deniq; tenes, quæ semper fuerit fides mea, quæ longanimitas, quæ perseuerantia, quæ itē in persecutionibus patientia. Hęc imitare, nuspiam à Christi, meoq; discedens exemplo. Nam in Euangelio quoque dixit Dominus:

*Ab exēplo  
Apostolico  
non rece-  
dendum.*

minus: Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habet lumē uitæ. Et Apostolus ad Corinthios: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Quoniam uerò homines postremi seculi non magnifaciunt Christi & Apostolorum exemplum, pluris faciunt patrū nescio quālium & monachorum sordidissimorum exempla: ideo tot sunt sectæ, & oberrant ac palpant cæcorum instar multi, nescientes quid uel quos sequantur, aut quid tradant. Cōtineamus ergo nos, qui salui esse cupimus, in exemplo Christi & Apostolico.

Iam, quātum attinet ad doctrinam Apostolicam, monet nos Apostolus, principio in doctrina Apostolica esse perseverandū: deinde causas ostendit, propter quas in eo doctrine genere sit perseverandum pio cuique. Simpliciter enim pronūciat, sed magna cum uirtute præcipiens dicit: At tu mane, uel persistito, Quasi dixerit: Vt unq̄ pro-

Ioan. 8.

*In doctrina apostolica perseverandum.*

proficiant in erroribus suis impostores & seducti, utcunq; magna hominū copia à simplicitate Apostolica recedēs, sequatur corruptam doctrinā, & sophistas istos Ægyptiacos: tu tamē, & quilibet qui Deo placere, & ueram salutem cōsequi cupit, persiste & perseuera. In quibus obsecro? Subiungit Apostolus: In his quę didicisti, & quę tibi credita sunt. Didicerat autē Timotheus scripturas, & ex his sacrosanctum Euangelium: sicut mox ipse sese interpretabitur Apostolus. Atq; hoc ipsum erat preciosum illud depositum, quod ipsi fuerat creditū. In scripturis ergo & Euangelica doctrina est p̄s perseuerādum. Ita enim fiet, ne præda fiant impostoribus, & deprauatissimis postremi seculi hominibus.

Quid con-  
creditū Ti-  
motheo, &  
contra tra-  
ditiones.

Neq; uerò existimandum est, quod inepti quidam fingunt, Timotheo cō-  
creditas esse traditiones non scriptas: quasi Apostolus senserit, sine tradi-  
tio

tionibus scripturas non sufficere ad pietatem: aut aliud tradiderit uerbis uiuis, aliud uerò scriptis. Etenim protinus ipse demonstrabit Apostolus, plenissimas, uel absolutissimas esse scripturas, ut quæ Dei cultorē plañè possint formare & perficere. Alibi <sup>1. Cor. 4.</sup> Apostolus asserit sanctissimè, omnia sua sibi per omnia congruere, & quòd in omnibus ecclesiis similiter doceat. Idem dicit, se & apostolicos uel discipulos suos eadem uia ambulare, eodemq; spiritu actos, omnia facere humiliter. Idē rursus ad Corinthios: <sup>2. Cor. 1.</sup> Nō alia (inquit) scribimus uobis, quàm quæ legitis, aut etiam agnoscitis. Spero autem, quòd usque in finem agnoscetis. Et iterum: <sup>2. Cor. 10.</sup> Quales sumus sermone per epistolas cum absumus, tales sumus & cum adsumus facto. At constat palàm, ea quæ isti referunt inter traditiones non scriptas, sed quasi per manus ab Apostolis acceptas, tã non congruere cum ijs quę continen-

tur



80 HENR. BVLLINGERI  
tur in scripturis Apostolicis, ut ex dia-  
metro etiam pugnent. Cuius generis  
sunt, quæ infarciunt de usu imaginū in  
Ecclesia, de Missa, de cœlibatu & mo-  
nachatu, & id genus innumeras alias  
imposturas. Vbi etiam & illud non  
oscitanter obseruandum uideretur,  
quod non dixit, Mane in his quæ di-  
sces adhuc: sed, Perseuera in his quæ  
didicisti. Nihil ergo ad nos pertinent,  
quæ post secula aliquot didicerunt ho-  
mines miseri, à patribus, reuera (quod  
dici solet) uitricis, & maleferiatis su-  
perstitiosisq; monachis.

*Quare uni-  
cè inhæren-  
dū sit scri-  
pturæ.*

Sequitur autem, quare huic doctri-  
næ unicè inhærendū sit. Multæ qui-  
dem afferri poterant rationes, uerū  
ex multis hæ sunt potiores. Principiò,  
Cū scias, inquit, à quo didiceris. Per-  
multum sanè refert, à quibus præce-  
ptorib. aliquid didicerimus. Etenim  
doctrina ex doctore, uel authore, au-  
thoritatem accipit. Creditur, ex excel-  
lentioribus peritis & sanctis homini-  
bus,

bus, proficisci excellens aliquid, doctū  
 & sanctum. Certè ex hominibus hu-  
 mana, ex Deo proferuntur diuina. A  
 quo autem didicerat Timotheus? aut  
 unde profecta erat doctrina, recepta à  
 Timotheo? Certè ex Apostolo san-  
 ctissimo, & organo Dei electissimo.  
 Iccirco authoritatem ei doctrinæ con-  
 ciliauit non homo Paulus, sed spiritus  
 potius Christi Paulū inspirans. Pro-  
 inde sciuit Timotheus, & sciūt hodie  
 quoq; fideles omnes, doctrinam Apo-  
 stolicam nō ab hominibus, sed ab ipso  
 Domino Deo nostro esse profectam:  
 ideoq; ei credendum, eiq; indiuulſe in-  
 hærendum. Dicit enim in Euangelio  
 ipse Dominus: Amen amē dico uobis, Ioan. 13.  
 qui recipit Apostolum, aut quemcūq;  
 misero, me recipit: qui autem me reci-  
 pit, recipit eum qui me misit. Et iterū  
 de Apostolis loquens: Non uos estis Matth. 10.  
 illi loquentes, sed Spiritus patris ue-  
 stri qui loquitur in uobis. Et iterum:  
 Qui è supernis uenit, supra omnes est: Ioan. 3.

f Qui

Qui è terra profectus est, terrenus est,  
 & è terra loquitur. Qui è coelo uenit,  
 supra omnes est: & quod uidit & au-  
 diuit, hoc testatur. Quoniam ergo cõ-  
 stat, doctrinã Apostolicam cœlestem  
 esse, ac diuinam, meritò credimus ei,  
 meritò inhæremus illi indiuulsè, neq̃  
 sine causa maxima dixit Apostolus,  
 Ideo perseuerabis in doctrina recepta  
 apostolica: quia certò nosti illam te  
 accepisse & didicisse è cœlis. Illud' ne  
 dicere possumus de traditionibus nō  
 scriptis, & de constitutionibus huma-  
 nis? Nullo modo. Quare itaque crede-  
 remus illis? quare reciperemus illas?  
 cur perseueraremus in eis? Soli & uni-  
 cæ diuinæ hæc debemus scripturę. In-  
 saniunt prorsus, qui diuinis humana  
 æquant: à diabolo uerò agitantur, qui  
 humana diuinis præferunt, diuinaq̃  
 deprimunt & extenuãt, quasi incerta  
 aut dubia, imperfecta & obscura. Da-  
 uid rex gloriosissimus, & propheta  
 Dei excellentissimus, contra huiusmo-  
 di ho-

di homines spurcos, extremeq; blasphemos, clamat, & ueracissimo ore pronunciat: Lex Domini integra est, conuertens animas: testimonium Domini uerum, sapientiam prestans paruulis. Decreta Domini recta sunt, cor exhilarantia: præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lux semitis meis.

His accedit, quòd doctrina apostolica fundata est in scripturis propheti-  
cis, Paulo testificante & dicente: Segregatus sum in Euangelium Dei, quod antè promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis. Scimus autè, has ideo sanctas appellari, quòd inspiratae sunt à Spiritu sancto. Sequitur ergo in uerbis Apostoli: Et quòd à puero sacras literas noueris. Solebant olim sancti patres, liberos suos erudire ex authentico libro legis Dei, ac prophetarum eius. Quia itaque Timotheus ex matre Iudæa, licet patre ethnico, na-

*Doctrina  
apostolica  
in scripturis  
est funda-  
data.*

84 HENR. BVLLINGERI  
tus erat, in scripturis à puero exercita-  
tus, ijsdem assueuerat: cumq; audiret  
Apostolum prædicare Christi Euan-  
gelium, intellexit protinus ex inspira-  
tione diuini spiritus, ac collatione ser-  
monum Pauli cum sermonibus pro-  
phetarum, doctrinam apostolicam de  
Christo, petita esse ex lege & prophe-  
tis, & horum testimonijs confirmatã.  
Proinde agnouit se fidem Christianã  
non didicisse ex uagis rumoribus & le-  
uissimis sermonibus uulgi, sed ex li-  
bro authẽtico: hoc est, ex literis sacris:  
hoc est, diuinitus, quod & modò dixi-  
mus, inspiratis: & non nisi à sanctissi-  
mis hominibus, de rebus omnium pu-  
rissimis, sanctè traditis atque conscri-  
ptis. Reliqui libri omnes qui sunt e-  
xtra Canonem usumq; Ecclesiasticũ,  
sub titulum referuntur prophanorum  
librorum. Est autem hæc ratio efficax,  
& quæ omnium mentes permouere  
possit, doctrinæ Apostolicæ creden-  
dum esse, eiq; unice inhærendũ, quod  
pro

profecta sit à Deo, & confirmata scripturis authenticis omnium uetustissimis atq; sanctissimis. Quoscunq; libros, quorumcunq; tandem authorum cum his libris contuleris, uix plumbum aut lutum ipsum cum auro mundissimo contuleris. Rectissime ergo credimus, omnium mortalium stultissimos esse, qui uel præterita doctrina Apostolica, & scriptura prophetica, diuertunt ad humana commenta, ueluti istis absolutiora, clariora & certiora tradantur & contineantur: uel scripturis prorsus non credunt. Memorabilis, & imis mentibus recõdenda est increpatio Domini, ad discipulos incredulos dicentis: *O stulti, & tardi corde, ad credendum omnibus quæ loquuti sunt prophetæ.*

*Luc. 24.*

Ac sequitur in Apostolo alia non minus euidens ratio, cur unice doctrinæ apostolicæ, scripturæq; sanctæ credere & inhærere oporteat: Quia, inquit, possunt te sapientem reddere ad

*Scriptura potest sapientem reddere ad salutem.*

salutem, per fidem in CHRISTO IESV. Multum disputarunt de uera & falsa sapiētia philosophi, ac se ita inuoluerunt cornicando, ut uix semetipsos intellexerint, nedū ullum ex suis disputationibus fructum retulerint. Paulus simpliciter & uerè deriuat ueram sapientiam ex diuinis scripturis, doctrināq; Apostolica. Etenim summè sapiens Deus, præcepta sua & doctrinam lege sua & à prophetis traditam, frequentissimè in uerbo suo uocat sapientiam ueram. Et Moses, senior ijs quos Græci antiquissimos putant, Homero scilicet & Hesiodo, Troianoq; bello, ac multo superior Hercule, Musæo, Lino, Orpheo, Mercurio, Apolline, & cæteris dijs gentium, sacrisq; uel uatibus, senior item ipsis Græciæ sapientibus, nedum Platone & Aristotele, significanter in Deuteronomio: Custodietis, inquit, & facietis præcepta Domini. Hæc enim est sapientia & prudētia uestra corā populis,

*Vera sapiētia.*

*Deut. 4.*

lis, qui audiēt omnia statuta ista, & dicēt: Dūtaxat populus sapiēs & prudēs est populus iste, gens celebris. Sed & Apostolus in præsentī finē pariter fructumq; ueræ sapientiæ ostendit, salutem, dicens: Quæ te sapientem reddere possunt ad salutem. Ac sine salute uera hominis, quantulum quæso fuerit inane nomen, aut uanus titulus sapientiæ? Sapientia, cognitio est rerū diuinarum & humanarum, & istarum quidem in primis, ut uidelicet cognoscamus supremum bonum, ipsum Deum: & cum hoc, in Christo, cōiungamur. Quæ quidem uera est beatitudo, & felicitas suprema. Vt nunc non commemorem, ex cognitione illa Dei oriri iusticiam, ueræq; uirtutis aut uerè bonorum operum studium, exercitiumq;. Sufficit autem abundè scriptura doctrinaq; apostolica, ad conferendam hanc sapientiam, ueramque salutē. Decet ergo nos illa esse contentos: imò expedit, omnem uitam nostram,



& omnē operam nostrā sacris impendere libris, ab his pēdere totos, ad hos ut certissimā cynosurā omnes nauigationes aut gressus nostros dirigere, ad has ut ad asylū tutissimū recurrere atque cōfugere. Clamat enim David, & testatur dicens: Beatus uir ille qui delectatur lege Domini, & in ea meditatur die & nocte. Nam & in Euangelio dicit Dominus: Beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud. Et quidem erit hæc unica & tutissima ratio effugiendi omnia pericula quorūlibet temporum, & seductiones ac imposturas omnes, etiam acutissimas illas seculi nostri postremi.

*Psal. i.*

*Luc. ii.*

*Salus obuenit per fidem in Christum.*

Quoniam uerò salus sperari poterat ex hac cœlesti sapientia, adeoq̄ electione aut cognitione nuda scripturarum sacrarum, uel ex merito uirtutum, quas ex scripturis didicimus, piè sanè & prorsus Apostolicè subiungit Apostolus, & ait: Per fidem in **CHRISTO IESU**, Salus ergo discitur ex scri-

scripturis, quòd in solo Christo sit posita. Christus uerò, qui panis uitæ est, salus & plenitudo sanctorum, salutem ueram unus & solus confert: recipit autem, uera ex spiritu & scripturis instructa fides. Fidei ergo, nõ ullis alijs rebus, tribuenda est salus; nec cui libet fidei, sed ei quæ obtingit nobis gratia & beneficio Sancti spiritus, quam ex scripturis uera Dei sapiëntia discimus, & quæ tendit ac innititur in unum solum Dei filium, qui est iustitia, redemptio, satisfactio, sanctificatio, uita & plenitudo nostra unica, absolutissima, certissima & æterna.

Simul uerò atq; hæc explicat Apostolus pulcherrimè & significantissimè, ostendit quis sit finis & scopus, ad quem oporteat omnem sanctarum scripturarum lectionem dirigere, nimirum ad fidem discendam; & fidem quidem in Christum, qui est uita nostra & salus. Ad eundem finem collimauit & Ioannes apostolus uniuersam

*Finis &  
scopus scri-  
pturarum.*

90 HENR. BVLLINGERI  
fam historiam suam Euangelicā, dum  
ipsam concludens, dicit: Hæc scripta  
sunt ut credatis, quòd IESVS est Chri-  
stus, filius Dei: & ut credentes, uitam  
habeatis in nomine eius.

*Encomiū  
scripturæ  
sanctæ.*

Pergit consequenter Apostolus  
breui, sed eximio, multa' que comple-  
ctente, & ea de causa memorabili en-  
comio, nobis commendare scripturas  
canonicas, non tam ut probet has ad  
salutem sufficere, cū ad discendam,  
tum consequendam: quàm, ut omniū  
mentes his cōglutinet arctius, dum o-  
mnes intelligimus, nullam prorsus re-  
stare partem sanæ, utilis, salutaris at-  
que necessariæ doctrinæ, quam scriptu-  
ra sacra non tractet & tradat absolu-  
tissimè. Pronunciat ergo apostolus  
Paulus, & dicit: Omnis scriptura diui-  
nitūs inspirata, utilis est ad doctrinā:  
& reliqua. Significanter autem dicit,  
Omnis scriptura. Etenim si singulos,  
licet breues, sanctæ scripturæ libros  
diligenter inspexeris, deprehendes in  
fin-

singulis, omnia ea quę hic commemo-  
 rantur: id est, singulos posse docere,  
 redarguere, corrigere atque institue-  
 re. Prudentissimè uerò adiungit, θεό-  
 πνευστος, à Deo inspirata. Extant enim  
 passim authores & libri innumeri, nō  
 inspirati à Deo, sed humano editi ar-  
 bitrio: cum quibus nihil hic nobis e-  
 rit negotij. Habent enim hoc peculiare  
 & sibi proprium duntaxat libri sa-  
 cri, quòd à Deo sunt inspirati, sicuti  
 etiam paulo superius dixi, & Petrus  
 quoque Apostolus testatur, & ait:  
 Omnis prophetica scriptura, non  
 propria interpretatione fit. non e-  
 nim arbitrio aut uoluntate hominis  
 allata est olim prophetia: sed à Spi-  
 ritu sancto agitati, loquuti sunt san-  
 cti Dei homines. Atque hac in re di-  
 scernuntur libri nostri canonici, uel  
 sacri, ab omnibus omnium aliorum  
 sapientum libris non sacris. Et est re-  
 ligionis fidei que nostrę principium,  
 scripturas diuinitus esse inspiratas.

Scriptura  
 à Deo in-  
 spirata.

2. Pet. 1.

Vnde

Vnde frequentissimè illud nobis in prophetis occurrit: Sic dicit Dominus, Hæc dicit Dominus Deus exercituum. Verissimè itaque Iosephus, licet Iudæus fuerit, de libris ueteris Testamenti loquens, contra Appionem Alexandrinum libro 1. Infiniti, inquit, libri non sunt apud nos discordantes, & sibi met repugnantes: sed solūmodo duo & uiginti libri, habentes temporis totius conscriptionem, quorum iuste fides admittitur. Palàm nanque est ipsis operibus, quemadmodum nos proprijs literis credimus: tanto nanq; seculo iam præterito, neque adijcere quicquã aliquis, nec auferre, nec transformare præsumpsit. Omnibus enim insertum est mox ex prima generatione Iudæis, hæc diuina dogmata nominare, & in his utique permanere: & propterea, si oporteat, libenter mori. Meritò ergo & nos libris nostris, utriusque Testamenti, absque contradictione & curiosa peruestigatione  
aut

aut perscrutatione credimus. Satis est, si quid nobis dixerint sacrę scripturę, & nos legitimè intellexerimus. Id enim nobis credendum est.

Verùm audiamus modò, ad quas res utilis sit scriptura sacra. Recenset quidem Apostolus quatuor species, sed sub his similes omnes alias intelligit. Certissimū est enim, scripturis sacris nihil deesse, quòd modò ad absolutissimā sapiētiam doctrinamq; pertinere uidetur. Ac principio, Scriptura diuinitus inspirata (ait) utilis est ad doctrinam. Nam in uera & plena doctrina sapiētięq; percipiēda, opus est ante omnia rerum recta cognitione, ut scilicet doceamur, quid & qualis sit res quęlibet, a deoq; quid sit Deus, quę eius uoluntas, quid requirat à nobis, quid nos faciamus aut omittamus, quod nam sit uerū cultoris Dei officium: quid & qualis sit homo, quę eius corruptio aut restitutio; quę sit hominis salus, in quo sit sita, & quomodo

*Utilitas  
scripturę  
sanctę.*

*Scriptura  
docet.*

modo eam cōsequamur: quis sit Chri-  
 stus, quæ eius redēptio, quàm latè pa-  
 teat. Infinita autem huius generis a-  
 lia sunt, quæ quidem omnia, quantum  
 pietati satis est, enarrat nobis, & docet  
 nos Scriptura canonica. Inde legi-  
 mus in Euangelio, Dominum toties  
 rogatum, quomodo salui fieri possi-  
 mus? quid faciemus, ut regnum Dei  
 ingrediamur? quæ sunt præcipua  
 Dei mandata? quæ nostra officia? qui-  
 bus delectatur maximè Deus? perpe-  
 tuò sibi similem respondisse Domi-  
 num ex scriptura sacra, ac remisisse ad  
 scripturam sacram. Diuitem epulo-  
 nem cupientem apud inferos, inde re-  
 dire & instituere ac admonere fratres  
 suos, relegat ad legem & prophetas:  
 hoc est, omnes fideles erudiri cupien-  
 tes de iudicijs Dei, & de statu anima-  
 rum in alio seculo, nō ad laruas uel ad  
 spiritus in specie humana apparentes  
 relegat, sed ad Scripturas. Vnde &  
 Paulus Romanis scripsit: Quicquid scri-  
 ptum

ptum est, ad nostram doctrinam scriptum est. Petamus ergo ex scripturis dogmata religionis nostræ necessaria. Quæ scripturis non traduntur, ne putemus nobis uel necessaria esse, uel salutaria.

Deinde in uera sapiëntia requiritur, *Scriptura redarguit.* ne duntaxat quæ uera & bona sunt doceamur, sed ut intelligamus etiam quæ sint falsa, atque ut hæc refutentur. Sequitur ergo in Apostoli uerbis, utilem esse hic quoq; scripturã πρὸς ἕλεγχον, hoc est, ad redargutionem, & falsi conuictionem, confutationem que. Denique ad increpationem, accusationem, & obiurgationem. Proinde si impostor aliquis dogma proferat non genuinum, neque diuinum: si corrumpat sincerum uerbi Dei sensum, protinus suppeditat scriptura sacra argumenta, quibus pij reuincant erroris & corruptionis impostorem. Ita uidemus in Euangelio factitasse ipsum Dominum IESUM, qui quoties reuin-



Ex scriptu  
ta reuincū  
tur here-  
ses.

reuincendi essent uel Pharisei, uel Sa-  
ducaei, scripturae machæra iugulauit  
falsas ipsorum opiniones & interpre-  
tationes. Ineptissimi ergo sunt, qui  
existimant scripturis solis hæreticos  
superari non posse: Cōcilijs potius, &  
conciliorum decretis, aut anathema-  
tismis fore conficiendos. Nam depre-  
hendimus Paulum apostolum quo-  
que, in Actis apostolicis, & Iudæos  
rebelles, & omnes Euāgelij hostes, nō  
alijs armis quàm scripturæ oppugnasse  
& uicisse. Ac commodum & per-  
opportunè incidit hic mihi beati Au-  
gustini sententia nobilis, qua contra  
Maximum Arianum utitur lib. 3. &  
ait: Sed nunc nec ego Nicenum, nec tu  
debes Ariminense, tanquam præiudi-  
caturus, proferre concilium: nec ego  
huius authoritate, nec tu illius detine-  
aris. Scripturarum authoritatibus, nō  
quorumq; proprijs, sed utrisque com-  
munibus testibus, res cum re, causa  
cum causa, ratio cum ratione concer-  
tet.

tet. Videtis itaq; beatum Augustinū  
 sensisse, scripturis, non concilijs, refu-  
 tari posse Arii hæresim detestandam.  
 At eandem hodie scripturā habemus:  
 quid ergo prohibebit, scripturis qua-  
 lescuncq; errores & hæreses, quocun-  
 que exortas tempore, fortiter refuta-  
 re? Nam dixit Apostolus, Scripturam  
 ad refutationem esse appositam.

Porro si quid corruptū sit in Ecclē-  
 sia ( ut non rarò optimæ Dei ordina-  
 tiones, uel temeritate, uel superstitione  
 & stultitia humana peruertuntur )  
 necesse est ut reparetur. Sequitur ita-  
 que in Apostolo, scripturam esse hic  
 quoque utilem *πρὸς ἐπανόρθωσιν*, ad  
 integrandum inquam, uel ( si ita lo-  
 qui licet ) ad rectificandum atque re-  
 staurandum. Vsum & exemplum e-  
 ius rei, exhibet nobis multiplex hi-  
 storia sacra. Quoties enim per negli-  
 gentiam & maliciam, inscitiam, aua-  
 ritiam que principum & sacerdotum,  
 sinceritas religionis uiolata esset, ac

*Scriptura  
 corrigite  
 reformat.*

mitterētur à Deo prophetæ & reges, qui uulgò receptos errores corrigerent, non ad aliam formã uel regulam legimus eos reformasse aut correxisse ecclesiã, quàm Scripturæ diuinæ. Nota est historia sacra Iosaphat, Ezechix ac Iosix. Sed & Dominus IESVS sui seculi uicia, matrimoniũ sanctum corruptentia, corrigit scriptura diuina. Idem repurgans templum Hierosolymitanum, à sacerdotũ auaritia in forũ fœdè conuersum, per se scripturas adducit, & ait: Scriptum est, domus mea domus orationis uocabitur; uos autẽ fecistis illam speluncam latronum.

*Scriptura  
retinet in  
disciplina.*

Præterea oportet eos qui rectè docti ac reformati sunt, cõtineri in disciplina iusta, nec ubi irreligiosius inuerecundiusq; diffluant. Paulus itaque ostendit, ne hac quidem parte in scriptura sacra quicquam desiderari posse. Vtilis est enim, inquit, *πρὸς τὴν διακονίαν τοῦ θεοῦ*, ad disciplinam scilicet, & castigationem, *zur züchtigung vnd meißter*

sterschafft. Suppeditat enim rectas  
 uiuēdi formas, ostēdit seueriores casti-  
 gationes. Inde uidelicet petierūt iustā  
 disciplinam Ezras & Nehemias. Inde  
 petijt doctrinā Apostolus, quoties in-  
 crepat Ecclesias errātes, quas in uiam  
 reducit, scripturis que retinet in ordi-  
 ne. Ex Scripturis petit Apostolus,  
 quæcūque singulis ordinibus, sexibus  
 & ætatibus officia præscribit. In sum-  
 ma, scriptura sancta docet & erudit in  
 omnibus, in quibus eruditione uel in-  
 stitutione nobis opus est. Eadem ar-  
 guit, obiurgat, accusat, protrahit, con-  
 uincit & refutat errores omnis gene-  
 ris, & hæreses. Eadem corrigit, emen-  
 dat & reformat, deniq; ne diffluamus  
 retinet in sancta disciplina: & est abso-  
 lutissimus canon, certissima optimaq;  
 sanctę uitæ & ueræ salutis regula. Cur  
 ergo hæc non sufficeret ad gubernan-  
 dos in Ecclesia homines seculi postre-  
 mi, eosq; ab omnibus corruptelis asse-  
 rendos? Nec est quod asciscamus

nobis monachorum regulas, id est apostasias. Non est quod hæc ad salutem necessaria emedicemus aliunde, ex turbidis hominum lacunis, ex eminentis hominum traditionibus & constitutionibus. Est nobis à Deo propositus & apertus fons aquæ uiuæ.

*Scopus sapientie & doctrine diuine.*

Habent autem omnes illæ sapientie diuinæ & Christianæ doctrinæ partes scopum certum & unicum, Apostolo adijciente & dicente: Quæ est in iusticia. Scimus autem, iusticiam fidelium esse Christum. Huc ergo omnia ista pertinent, ut uiuat in nobis Christus, & nos in ipso: ut ipse reconcilians nos Deo, nostram iniusticiam tollat, suam nobis conferat, adeoque ipse sit iusticia nostra coram Deo patre: per quem deinceps, per omnem uitæ decursum, ambulemus in iusticia, perpetuam agentes poenitentiam. Nam superius quoque ostendi, hunc esse unicum totius scripturæ scopum,

*Cæte*

Cæterum suspensa tenetur adhuc uerborum Apostolicorum sententia. Dixit enim Apostolus : Omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem, quæ est in iusticia. Sequitur ergo, quod sententiam absoluat, & negotium hoc terminet: Vt integer sit Dei homo, ad omne opus bonum apparatus. Omnes, inquit, doctrinæ partes huc inclinant, & hoc efficiunt, ut ei qui uelit esse fidelis & perfectus Dei minister aut seruus, nihil desit: sed ex scripturarum institutione consequatur, ut integer sit, & apparatus ad omne opus bonum. Obseruemus in his Apostoli uerbis, Patres honorandi & fratres charissimi, quod Scripturæ tribuitur manifestè absolutissima perfectio, contra omnium insanias & furores, immò furiosas blasphemias, qui ipsam mentiuntur mutilam esse & m-

*Scriptura  
plane for-  
mat & per-  
ficit ueros  
Dei cultor-  
es.*

102 HENR. BVLLINGERI  
cam, & ideo sarcendam traditio-  
num & decretorum Ecclesiæ fute-  
lis. Paulus, Vt integer sit (inquit)  
homo Dei: Integer inquam, dicit,  
*ἀφτίος*, sanus, omnibus numeris ab-  
solutus, & cui nihil desit omnino.  
Quid ergo habent traditionarij, quod  
sarciant? Præterea addit, Ad om-  
ne opus bonum apparatus. Non di-  
cit, Ad unum & alterum, sed ad om-  
ne: Ad omne inquam opus bonum  
*ἐξήρτισμένον*, apparatus, perfectus,  
consummatus, expolitus, *vsgebutzt*,  
& absolutus. Nihil ergo relinquitur  
monachis & Baalisticis traditionarijs,  
quod post aliquot demum secula ad  
perfectiōē comminiscentes adiiciāt.  
Absolutissima est scriptura diuina,  
plenissimè omnia ea tradens, quæ ad  
uitam piā, & salutem consequēdam  
pertinent: eademq; absolutè formare,  
aut instruere & consummare potest  
uerum Dei cultorem,

Vincit

Vincit hic quoque philosophiam uniuersam, & omnes philosophos, diuina Scriptura, nedum sophistas & traditionarios Papisticos, uel Baalicos. Elegantissimè enim simul & uerissimè Christianorum Cicero Firmianus Lactantius, de falsa sapient. Institutionū libro tertio, capite uicesimo sexto: Sola, inquit, doctrina cœlestis, quæ sola sapientia est, efficit, quæ philosophi facere non potuerunt. Dei præcepta, quia simplicia & uera sunt, quātum ualeant in animis hominum, quotidiana experientia demonstrant. Da mihi uirum qui sit iracundus, maledicus, effrenatus: paucissimis Dei uerbis tam placidum, quàm ouem, reddam. Da cupidum, auarum, tenacem: iam tibi eum liberalem dabo. Da timidum doloris & mortis: iam crucis, & ignes, & pericula, & taurum contemnet. Da libidinosum, adulterum, ganeonem: iam sobrium, castum,

*Scriptura  
uincit phi-  
losofiam  
quoq;*



continentem uidebis. Da crudelem,  
& sanguinis appetentem; iam in ue-  
ram clementiam furor ille mutabitur.  
Da iniustum, insipientem, peccato-  
rem; continuo & æquus, & prudens,  
& innocens erit. Tanta diuinæ sapien-  
tiæ uis est, ut in hominis pectus in-  
fusa, matrem delictorum stulticiam u-  
no simul impetu expellat. Num quis  
hæc philosophorum aut unquam præ-  
stitit, aut præstare si uelit potest? Qui  
cum ætates suas in studio philosophiæ  
conterant, neque alium quenquam,  
neque seipsos (si natura paululum  
obstitit) possunt facere meliores. Ita-  
que sapientia eorum, ut plurimum ef-  
ficiat, non excindit uitia, sed abscon-  
dit. Pauca uerò Dei præcepta, sic to-  
tum hominem immutant, & expolito  
uetere nouum reddunt, ut non co-  
gnoscas eundem esse. Hæc autem  
Lactantiij præmodum elegantia, mi-  
rum in modum faciunt ad encomium  
Scriptu-

Scripturarum nostrarum, uel Verbi diuini: quod quidem absolutissimam huius mundi sapiētiam infinitis antecellit partibus. ut selectus Christi Apostolus, iustissimè omnes fideles uoluerit unicum Dei uerbum spectare in omnibus, eidemq; inhærere ad extremum usq; spiritum.

Restaret porrò, ut breui colligerem compendio, quæ paulo fusius exposui hactenus, excitaremque animos uestros ad ardentissimum Sacrarum literarum studium, quo instructi rectius pericula illa nostri seculi extremi, & ideo corruptissimi, calamitosissimi que, à grege uestræ commisso fidei, auertere ualeatis. *Conclusio.*

Cæterùm cum pro singulari gratia uobis à Domino concessa, alioqui uigilantes sitis, & intelligatis, ac sentiatis etiam, qualibus & quantis expositi sumus ac premamur periculis, quæ non possint nisi ardentibus precibus ad

Deum, & sincera sedula' que doctri-  
na, ex scripturis petita, depelli, arce-  
ri, uel reddi pijs innoxia: concludam  
modò sanctis & uehementibus beati  
Apostoli uerbis, quæ mox illis quæ  
nũc recitauimus & exposuimus, sub-  
iungit, & singulos nostrũm alloquẽs,  
dicit: Obtestor igitur ego coram Deo  
& Domino IESV CHRISTO, qui iu-  
dicaturus est uiuos & mortuos, in ap-  
paritione sua, & in regno suo: prædi-  
ca sermonem, insta tempestiuè intem-  
pestiuè, argue, increpa, exhortare cum  
omni lenitate & doctrina. Nam erit  
tempus, cum sanam doctrinam non su-  
stinebunt: sed iuxta concupiscentias  
suas, coaceruabunt sibi doctores, hi  
quibus prurient aures: & à ueritate  
quidem aures auertent, ad fabulas ue-  
rò conuertentur. At tu uigila in om-  
nibus, obdura in afflictionibus, opus  
perage Euangelistæ, ministeriũ tuum  
ad plenam fidem facito. Quoniam ue-  
rò


rò omnis donatio bona, & omne donum perfectum, è supernis est, descendens à patre luminum: huic supplices facti, petamus ab illo, quæ ad hoc negotium, certè arduum, perficiendum necessaria sunt: ac  
oremus, Pater  
noster,


*Recitata XXVIII. Ianuarij, Anno Domini*


*M. D. LVII.*

73093-V  
DCN 65305785

BASILEAE, PER IOAN-  
nem Oporinum, Anno Salutis huma-  
nae M. D. LVII. Mense  
Martio.









De ligatura q. p. hinc 66 pte 4



